persuasive. omnis enim toni musica concentu modulamine
sydera diversis. nam gravitatis inferiorum disso
nantia reddit melodiam superiorum suum mediorum
nam etiam superiorum acuitas refrenat sonum gravi
orum inferiorum. ut dicit mar. Sunt secundum arist. in li.
de celo et mundo. stelle sunt in natura
corporis celi in quo posite sunt atque fixe. Et
ideo naturaliter sunt splendide sicut et celum in
quo revolvuntur. Unde omnes stelle habent lumen pre
ter lunam. Sed quamvis stelle ex se sint lumi
nose. ad conservationem tamen sue luminositatis
recipiunt complementum ab ipso. Sunt stelle sue
sue virtutis et luminositatis sibi invicem
communicative. Una enim auget claritatem alterius
et virtus unius fortificat virtutem alterius.
Sicut dicit in li. de orbibus plan. Sunt stelle per sui
circuli et sedibus sunt contente. et ideo si circulus
unius incidat ab ipsa subtilitate circuli alte
rius. propter hoc ignis sedes stelle non rumpunt. nam
sunt alius pro quas transeunt impedimenta vel in
iurie invicem relatione. Sunt stelle quedam ut dicit
mar. celerius oriuntur. citius occidunt. Quedam
vero tardius oriuntur. et occasui parent. Quedam a
paribus oriuntur. et quando non simul occidunt cognoscun
tur. Hec autem varietas ortus et occasus
accidit vel ex distantia altitudinis circulorum ex
quibus oriuntur. vel elevatione sive depressione
climatum in quibus occidunt vel. Sicut propter variam
elevationem vel depressionem corporis celestis. va
riis temporibus vel oriuntur vel occidunt. Sunt stel
le sunt temporum annorum et mensium distinctive et per
mutative. Sicut dicit in li. de proprietatibus elementorum
aristotiles. permutatio temporis non est nisi mutatione
stellarum in signis diversis super climata. Nam aut
ex permutatione lune singulis. 29. diebus. aut
permutatione mercurii et veneris in orbibus. 10.
mensibus. vel minus illo. Aut ex permutatione solis
in quolibet anno. Aut ex permutatione martis
in. 2. annis. Aut iovis. Aut triplicitatis.
in. 240. annis. vel permutatione stellarum fixarum
orbis. permutantur enim in centum annis gradu
uno. quare accidit permutatio omnibus. 36. mi
libus annis. Et hic est annus magnus qui

est ultimum omnium rerum. Hucusque Aug. in geo[...] libro. In libro autem ciceronis dicitur mac. Iste mundanus anni finis est stelle omnes omniaque sydera que aplanetis habent certo loco ad eundem reverterunt. Hec autem quod philosophia voluit post anno[rum] .14. milia preterita contingere quod est. Quamquam autem super hoc diversis philosophi hoc auctoritate tenendum est quod nunc non est diffinire quia ultimus finis erit. Hoc enim solus novit ipse creator qui momenta et tempora in sua continet potestate.

21 Polus ut dicit beda est stella proxima aqua tota pars celi superior est [...]. Duplex autem est polus. s. articus sive borealis qui semper patet et relucet nobis et nunquam occidit quia super nos existit. Unde polus a pollendo est dictus quia continuus pollet. Secundus polus dicitur antarticus i. australis artico oppositus qui nobis semper est invisibilis. Inter istos duos polos i. inter duas mundi extremitates semper volvitur firmamentum. Hii duo poli nunquam movent de suo loco [...] tamen in speram sive in circulo circumferentur. Axis autem a polo ad polum per medium centri terre extenditur circa quam per firmamentum impetu rapitur cum motu. Hec autem axis non est materialis sed potest linea quedam intellectualis que a polo usque ad polum recto dyametro sicut linea a puncto usque ad punctum per terram intelligi. Circa quam tanquam circa mundi medium septemtrionis partibus volvitur firmamentum. Polus igitur est stella. Quo ad situm altissima. Quo ad motum velocissima. Quo ad aspectum nobis minima. quamvis sit in se magna valde. Quo ad effectum utilissima. quia ipsius situ discernuntur situs et termini aliorum syderum et celestium circulorum. Unde hec stella ab astrologis potissime intuetur. Est igitur stella ista brevissimi circuli descriptiva propter elongationem et distantiam a nostro situ. est sue magnitudinis occultativa. Propter suam situs immobilitatem est hominum ipsam aspicientium maxime certificativa. Et ideo vocatur stella maris. quia navigantium et facientium navigale iter in mari est directiva. Est etiam situs medium totius celi est ostensiva. per circuitum circa sibi propinquis ab aliis stellis est distinctiva. Quamvis in maiestate polus articus est vocatus ut dicit beda.

22 Arcturus est signum a .12. stellis sitis in axe in septemtrione ut dicit beda. [...] constituitur ut dicit ys. [...] stellarum circulus qui in modum plaustri iuncte latini climatis vocantur [...]. Septentrionales autem non occidunt [...] manifestum est eo quod stelle iste axi et polo stelle altissime sunt vicine. Dicitur autem iste circulus arctos [...] eo quod arcton i. ursam secundum eundem boetem. Antiqui dixerunt eo quod plaustrum hec habet esse signum spectabile multis stellis. inter quas est arcturus qui est prope sydus post caudam maioris urse compositum. Unde ab hac stella tota constellatio illa arcturus est vocata ut dicit ys. Et ideo dicitur arcturus ab arctando dictus quia ex illa parte stringitur frigus per elongationem caloris solis. Frigore vero per [...] terre arctantur et constringuntur. Apparent autem .7. stelle radiose et cumulatis forme. quarum .4. anteriores in modum quadranguli alterius lateribus ordinantur. tres vero sequentes in modum temonis disponuntur. Locantur autem in polo circa quem. Unde semper circuit polum tanquam centrum ut dicit greg. Semper ille stelle vertuntur circa superius. Et ideo ille circulus maior ursa vocatur. mar. Semper vacat et nunquam ad ima tendit ut dicit greg. quia cum stellas elevat .4. ad ima declinat et cum [...] .3. sursum erigit tunc ad ima deprimit [...] ut dicit greg. inter omnes circulos inferiores circulus arctici est altior quia polo vicinior. hominum aspectibus maxime se offert. nunquam est homini nocturno qui videri possit. [...] nebulis vel nubibus incipiat intueri medias stellas arcturi [...] ad modum fulminis celebrem ut dicit mar. hyemali tempore in ortu suo maxime ventilat quandam scintillam irradiationem solarem aquarum et terre congelationem prenuntiat ut dicit mar.

23 Orion est astrum tempore hyemali exortum aquarum et tempestatum excitativum. Est autem orion [...] ventorum tempestatum generativus. et est orion ab ortu et inundatione aquarum orion dictus ut dicit ys. in suo ortu tempestates generat et aerem immutat. ad modum armati pectus et brachia extendentis disponitur. et fere per latitudinem duorum signorum eius extenditur latitudo ut dicit mar. maxime fulget in signo tauri ut dicit ys. Est autem constellatio maxime notabilis et tam magnitudinis ac pulchritudinis et tam dispositionis et virtutis ab antiquis et usque ad geminos se extendit ut dicit mar. totum et illorum signorum superficiem fulgore

fulgoris sui pulchritudine clariorem reddit ut dicit

ys. gladiati militis et accincti in stellarum ordine

pretendit. de quo dicit mar. armatum et flagrantis

splendentibus in armis etc. Splendor tamen orionis

signum est future serenitatis. dicitur eius obscu

ritas future est presagium tempestatis. Sole existente

in signo orionis in estate et in yeme omnia commiscentur et

oriuntur quam nimium terram ex aquis ex ae

re et ex terris. ut idem dicit constellatoris orionis secun-

dam stella que dicitur canicula que ab astrologis mali

vola dicitur et nociva. quam per fabulas eius canis fin

git fuisse ut dicit ysidorus non est canicula illa pro

cilla que oritur in leone atque dies caniculares nunc

cupantur a phisicis. sicut dicit G. orion g. in suo ortu

per tempestatem prenosticat. sed per serenitatem solito

comparatur ad terre fecunditatem sole existente in cancro

qui se abscondit sub radiis solaribus. nec tunc

suam manifestat mortalibus claritatem. Oritur autem

in iulio tamen quando sol ascendit in geminis ad oculos

ulteriores quando etiam mariam pertinet distemperanti

am aeris. quo ad caliditatem qualitatem. ut dicit mar.

22 Hyades que sucule dicuntur.

Sunt quedam stelle pluviales. in quarum ortu plu

vie multiplicantur. ut dicit ys. Ista tempore vapores

amari et terra per caloris solis violentiam forti

ad superiora attrahuntur quod in ortu pliadum in plu

vias resolvuntur. et ideo ille stelle dicuntur hyades

.i. sucule. quia attrahendo humores vel resol

vendo eos traxisse a sibilis configurentur. ut dicit

Habent autem hee stelle situm suum in fronte tauri.

ut dicit mar. et cum dies extenditur et sol fulgen-

tior ascendit tunc hyades post solem apparere. ut dicit

g. super glo. iob .9. quando a saturno impelluntur.

diversas generant tempestates. ut dicit be. In hyu

dum ortu frigores uberi esse quia tunc amplius

irrigantur. plures habet constellatio hyadum stel

las clarissimas per girum ordinatas que oriuntur

in .16. g. tauri oriuntur et turbant aerem in ortu su

o. ut dicit albu.

24 Pliades sunt .7. stelle aplicate que sibi se

quuntur invicem tamen se distincte. ut dicit gg.

hyemali tempore oriuntur. Quanto autem aura sere

nior et frigidior est tanto melius ab aliis di

scernuntur. Una vero inter .7. latere videtur. quia nec

ex toto se manifestat. nec ex toto se occul

tat. Inter genua tauri habent situm. ut dicit ys.

Sol in mense iunio per pliades iter facit. et tunc

aeris caliditas inequalibus pluviis tempera. et e

ria tunc temporis florum pulchritudine adornatur. ut dicit

mar. Hac de causa dicitur iuno amasse maiam. quia

fingitur fuisse una de pliadibus. et fuit mater mer

curii secundum figmentum poetarum. ut dicit mar. secundum albu.

oriuntur autem pliades in .16. gradu tauri cum yadi

bus. et in ortu suo turbant aerem.

Canicula est stella quedam fulgentissima que oritur 26

secundum albu. in .29. g. cancri. in cuius ortu mag

na fit turbatio aeris. Ab hac stella dicuntur dies

caniculares. in quibus sanguinem minuere vel me

dicinam laxativam dare non audemus. Ista accipe

est summe periculosum propter excessum distemperantie

eris in calore. Unde ypo. in amphorismis. Sub cane et

post canem moleste sunt purgationes. Item in commento. quod

ante ortum illius et in ortu et post ortum stelle periculosum

est dare potionem laxativam. quia tunc est aer calidus

et siccus vel a calido signo et calida stella et a sole

tunc in leone est canicula exeunte. Unde ex medicina me

dicina corporis fiet nimis calida et sicca. et fe-

forsitan sequeretur medicina et evaporatio et mi

nuitur cum corporis poris tunc ex calore aeris sunt

aperta. Dicitur etiam in leone. Ga. calor extrinsecus vires

extrahit medicine. Unde et aqua calida repugnat

solori si calor aeris cum est fortis per virtus in

terior cum est debilis per potionem vel minutionem plus

debilitatur. Durant autem dies caniculares a .14.

kalendas aug. usque ad nonas septembris. et sic sunt hec.

Lux ut dicit basilius. 18 dicitur

Est species per omnia sibi similis. De luce autem quid sit 27

per se. utrum .s. sit subtilis vel actus. diversimode lo

cuntur auctores. Ista dicit. lumen non est corpus nec acci

dens. Aliquid dicit damascenus et dicit lumen paries ypostasim

sim. i. substantiam non habet. Sed autem hic aug. super gen. ad lit.

lux est subtilis corporea summe simplex. magne cor-

poris summe in sui efficacia. summe mobilis et ab

solute penetrationis et minime resistentie et sum

me dyaphana et omnia generatorum et causalias summe co

municabilis. omnis natura motus principium et origo. sum

me perfectibilis. summe communicabilis. Unde luce in corporibus

nichil est nobilius. nichil communius. nichil pulchrius. nichil

velocius. nichil subtilius. nichil impassibilius. nichil ve

nerosius invenitur. Est autem differentia inter lucem et lumen. Ista

lumen est quidam defluxus a luce sive irradiatio

relinquens assiduitatem lucis. Lux autem dicit ipsum fontale

substantia sive qua lumen innuitur. Si enim lux consimiliter in
se esset accidens a parte alia forma sui subiecti
Unde si lux in aere esset accidens eius extranea forma aeris
quod esse non potest. Preterea lux mutat subiectum suum. Quod
patet quia lux naturalis est in oriente. quando vero in occidente.
Et lux orientalis generat proximam s. et tunc deinceps
usque ad occidentem. Accidentia sua non permutant su-
um subiectum. ut patet contra Aug. Ex quo videtur quod lux non sit
accidens. Preterea si esset accidens aeris. necessario mo-
veretur aer subito ab oriente in occidentem subitum
motum lucis. Sed aer motu subito non cietur aer.
ut alibi dictum est. Preterea lux multo est nobilius
accidens quam est ignobilis substantia. ex quo videtur quod lux non
sit accidens cum aer longe sit nobilior ipsa
luce. Sed si lux est corpus. difficile est intelligere qualiter
lux sit in aere. vel aliquo corpore dyaphano.
ut in cristallo. cum duo corpora non possint simul esse
in eodem loco. Solutio: dicendum est quod non est inconveniens ponere lumen
esse substantiam. et esse simul cum alio corpore. Videmus
enim aquam et cinerem posse iungi et misceri. salva
utriusque corporeitate et localitate utriusque su-
perficiem ab alio distinguente. et utriusque parte in
propria superficie continuante. Quantumcumque enim simul
immisceantur cinis et aqua, permanet tamen aqua
in sua corporeitate per partium suarum coherentiam
et continuitatem. et cinis in sua. Nec propter istam
mixtionem et unionem simul sunt duo corpora
in uno loco. Immo aqua habet suum locum proprium. et cinis
suum. Sic lux potest esse in aere. vel in quocumque a-
lio corpore. salva utriusque corporeitate et par-
tium suarum substantialium convenientia. Unde et lux
subintrans ad intima aeris vel cristalli habet
suum locum ipsius superficiem ambientem. et a substan-
tia continentis sibi corporis distinguentem. quamvis non
sit propter simplicitatem sue substantie visu percipi vel vide-
ri. unde immo quia invisibilis est multe luces possunt
concurrentes in permixte et tamen invicem coniunguntur
salva cuiuslibet substantiali forma qua ab alia differt
licet nulla vel aliquis visibilis sit vel forma sic manife-
ste docet et dicit Dyo. in li. de di. no. Cuius hec sunt
verba. Luminaria igitur lampadum cum sint in domo una.
tota invicem totis sunt omnia. diligentem tamen ad se in-
vicem discretionem et unitatem discretam. Videmus
enim multis ad unum lumen accensis lampadibus.
mixta omnium lumina una claritate indiscre-
te reducentem. nec potest quis ut arbitror aliud

corpus ab aliis ex aere continente eo dum sic sit ibi
sequestrare alterum sine alio cum enim toti in toto confuse
invicem sed perfecte sunt corporis subducta alia sicut et propter
non lumen recedet nichil secum ceterorum lumen auferet
aut de suo ad eos relinquet. est enim omnium unitas
est perfecta unitas naturalis permixta vel parte confusa.
q[illegible] est in hoc corporali aere et nihil lumine. etc.
Hucusque Dyo. manifeste docet luminaria simul
mixta salva tamen cuiuslibet proprietate substantiali et accidenta-
li que remanent secum suum accidente suo re-
cedendo. Lux itaque per se est substantia in se subsistens. — Dyonisius.
ad quam sequitur irradiatio quedam et illuminatio corporum
aliorum sicut enim lucet lux in se. et tamen non sic illumi-
nat. Sed quando invenit solum corpus habens materiam
dispositam et aptam illuminationi ut dicit Aug. super
Genesim celorum est vera lux que in corporibus obtinet pri-
mum gradum locum. et tamen celum non illuminat in tene-
bris vel in nocte. Sed per se lux lucet in tenebris. sed non
sic illuminat visibiliter. Virtutem lucis sentit
et percipit omnis creatura. invisibiliter enim operatur virtus lucis
sensum et motum et talibus ut dicit Tu. fontis vite.
Dicit quod albu. Th. de iudiciis astrorum ypo. co-
cessisse quod non stellarum lux de nocte subtiliaret den-
sitatem aeris. destruerent esse corpus animatum. Tamen est
tamen et lucem stellarum de nocte sepius non videmus. Ipsius
enim et operatio lucis est in mari quod fluit et refluit per ap-
plicationem lune ad aliquem situm suum illuminat aerem
suum vel in visceribus terre. et ubi non attingit lumen virtus lu-
cis operatur ut patet in mineralibus et rebus aliis in-
generatis. et virtus perfecta lucis necessaria est in omni corpore
mixto. per quam omnia celestia uniuntur. Lux itaque — celest
a summo celo empyreo usque ad centrum mundi est dif-
fusa. que in substantia sua una est in radice et simplex.
variatur tamen secundum diversitatem recipientium sicut solis
sive aliorum corporum superiorum vel inferiorum non est vera
substantia. vel et opus lucis. et non luminositatis hic est
perfecta lux. que enim fuit primi die ut dicit basilius.
quod solari corpori et ceteris celestibus. quarta die facta sup-
fuit. Unde sol et cetera [illegible] sunt vehicula que
propter susceptionem lucis in corporibus sufficiunt sine
substantie sue depeditione ad illuminationem perpetuam
et perhennem. unde ista lux ubique attingit. et omnia
corpora per magis et minus disponit et perficit. Lux
igitur radix et fundamentum omnis illuminationis una est
in substantia que non continet accidentaliter ab aliquo corpore in
fidei. sed magis continet omnia corpora vel que perficit formaliter

est licet in se sit maxime actualis. Et ideo lux cum sit maxime habet potentialitatem preter eiusmodi potentiam. Quia non formalis est, habet potentiam actu eiusmodi potentie. quia quod habet minus in ipso habet in effectu. Ex quo manifestum est quod cum lux in genere corporum minimum habet de materia et maximum de forma, in animo est forma quam materia. Et ideo in tantum maxime est in minimo sub impulsio. tunc non forme est in omni loco. Illa unumquodque habet tantum motum ad locum suum ad formam. ut dicit aug. Quia quanto forma est nobilior, tanto materiam suam plus decorat. ut dicit alg. quod forma lucis que est nobilissima in genere formarum corporalium maxime materiam suam disponit. et ideo unius punctus lucis sue lucis sufficit ex se ad illuminandum, universum orbem. propter maximam sue nobilitatis et fortissimam actualitatem. ut dicit alg. Una enim est lux simplex et uniformis istius eterna. quamvis diuisa sit in luminaria quantum ad ea que distincta. quamvis inclinamentum in uno actu uniformiter agentia. nam unum lumen minime sibi alterius. quamvis sensibile aliquando unum lumen unum uideantur. Illud est quod in continens pro nobis duo corpora eiusdem similitudinis quorum unum est subtile et forte et splendidum est alterius. reliquum vero est ignobile et ipsum. Reliqua non duo corpora glorificata in eodem loco non esse non possit. quia neutrum respectu alterius materiale potest esse tanquam vel formale. Sed glorificatum illud esse non possit sine aliquo inconveniente sicut expresse dicit aug. Lux que ut dicit basil. maxime est mobilis. incessanter enim mouet se et gignit lumen et circumfertur in omni parte se mouendo et diffundendo. Vnde quantum est de se subito mouetur. Lux enim est summe actiua et summe resistentia ad contrarium. Cuiusque tenebrarum. Diuisorum et dispositiua generatiua in elementis et corporibus mixtis in concordia et unitiua existentia. Radiorum suorum proiectiue. diminutiue. intellectiue. confirmatiue et reflexiue omnium istorum productiua. ut ad esse dissolutiua. ut dicit auctor de sex principiis. Vitae et permanentie quibus uera regnatiua est lux et directiua. Sui ipsius multiplicatiua. Lux enim multiplicat se gignendo. gignit enim lux lucem. et lux genita sunt gignit et generat lucem secundum successionem. Et sic in uno instanti unius puncti replet lumine totum orbem. Lux est sui et aliorum manifestatiua. colores per sui incorporationem in superficie habent perspicui esse formaliter. Et sicut dicit aug. lux tenebras expellit quia dissoluit insidias predonum omnium

spectu letali. uniuersaque incluet. Reddit obscura fortiter et clara conseruat et contentum. quia sine luce omnia corpora celata remanent incognita. Ausfer igitur lucem et omnia in tenebris incognita permanebunt. Lux enim ut dicit ambrosius. et quod dictum est pulchritudo eius uisibilis creature cum generis materia est in aspectu. quod tam mundi nobilis laudibus sit digna. hoc ut dicit basilius tanto est angelorum et sanctorum super celum gaudentia habitando. Hec est summe intentionis prout est dominicum manifestum. Hec lux sine diminutione sui est sue lucis sanctitatis manifestatiua et diffusiua. quam in superficie cuiuslibet corporis receptum non se potest ad uisibile speciem sed quantum ad lumen. ut dicit y. Multas alias proprietates laude dignas habet lux quantum ad suam speciem. lumen et opera. Cum sit uera uel continet purissimam. cum sit uere pretiosa non corrumpitur. Cum potentia uel est actualis. Cum operetur uel vult in corpore recipitur.

Splendor est quasi refluxus ⟨28⟩

ignietas actiua lucis. Et reflectitur a luce sui fluxus continuatur. Qui a quibus causis est causatus in dimicatione. ut dicit aug. Quidam est reflexus eiusdem splendoris. Unde si ipse eius causam. et splendor eius causa. Cum et splendor alterius. Sui lucis diminutione. Sui proprietatis lucis contumatione. Sui dilatatione. Cum sui et aliorum manifestatione. Cum sui multiplicatione. ut dicit ba. ⟨29⟩

Lumen differt a luce. sicut species a genere. De lumine. lux est. sed non econuerso. omnis lux est lumen. illud lumen est refluxus quidam actiua lucis in aere. siue in alio diaphano corpore recepta. et undique circumfluxum. Triplex autem est lumen ut dicit auctor perspectiue scilicet reflexum. fractum. et directum. Reflexum sicut speculo et aliis politis corporibus quam precipue a speculo recepta. Aliud est lumen fractum. Sicut quando lumen uenit ad corpus densum aliquantulum. quod non est omnino densum uel durum recipit lumen et ipsa materia omnino obediente lumen. quod non tenet tactum in casu. sed diuisa ab tactu tacto. et uocatur fractum. Tertium lumen est directum quod non repellitur. nam uenit in aliquo medio obediente et transit libere. et sic est operationis perspicuus. quod lumen est aeris et aliorum corporum transparentium perspicuum. De contrariorum. formarum et figurarum reclamatiuum. Oculorum letificatiuum. Oculis lippis et infirmis est lumen odiosum et molestie illatiuum. Hominis a sopore corporeo et otio excitatiuum. fortitudinis.

speciem in superficie speculi vel polita corporis representatur. Nam lumen ad superficiem polite linee pungentes in angulis equalibus se reflectunt et omnium similitudinum earum formas in se mittunt. Unde patet quod est ex similitudinibus in superficie speculi collecta ymago et figura. Lumen est etiam per dispositionem medii quod subintrat inmutabilis susceptivum. Nam cum clarum intendit medium perspicua atque pura, et remittitur in feculenta atque obscura. In medio enim dyaphano obstaculum non invenit. Ideo per eum irradiat, prius fulgorem exprimit et ostendit, ut dicit Dyonisius. Et quanto perspicacius illud perspicuum, tanto latius quod ei confusum ad adducendum. Accessum autem ad grossiciem medii ille habet obscuriorem distributionem [illegible]. Sic enim cum medium grossum est infunditur, capitur in superficie actum se effundit extrinsecus apparet obscurior. Unde medii grossioris ipsius quod illuminatio recepta distribuatur. In partibus quod subtilius perspicuus apparet et augmentatur, in grossioribus minoratur. Ex quo patet quod aptissimus et subtilissimus materie luminis perfectionem conprehendit et contrarius [illegible] et obtusus repulsam patitur in aliis.

30 Radius est quedam luminosi corporis lucida effluxio, quo mediante lux vel lumen suam perfectionem accipit, ut dicit Ba[silius]. Radius autem alius est perpendicularis, qui recte a corpore luminoso emittitur recto et lineari motu, sine declinatione alia petit centrum. Alius est collateralis et consimilis, qui a corpore luminoso exiens et aliquod dyaphonum inveniens non recto procedit sed obliquat motum suum. Et ista obliquatio vocatur radii obiectio. Alius vero est reflexus, qui quando post recte vel oblique egreditur sed a corpore obiecto repellitur et repercutitur, et repercussa radii reflexio nuncupatur, ut dicit auctor perspective. Radius itaque luminosus est et mobilis et agilis, perspicuus et orbicularis, directus, maxime si fuerit perpendicularis. Contingit autem radium frangi et obliquari, et quamvis ad partem oppositam perspicua per dispositionem medii quod invenit vel quam tangit. Hic radius in nube concava et humida inclusus diversas exprimit in nube vel etiam in aere formas, colores et figuras, ut patet in coloribus arcus celestis, qui nichil aliud est ut esse dicitur nisi subita incisio radiorum in nube concavam et aquosam, ut dicit in libro Metheororum. Ex subito sepe motu radiorum et contrario contingit aere combustum igniri et in

flammam, et maxime cum recurrunt ad locum sinceris novum radii in circumnacta [illegible] concularie. Et ita si cum quis aer accensus sepius inflammatur, ut patet in cristallo vel berillo exercitus cum ex parte contraria solaris radii et stuppa apposita accenditur et ignitur.

31 Umbra est obiectu corporis tenebrositas et opacitas ad lucem suam ad corpus luminosum. Et est umbra diversarum specierum per partem constitutionem quod corpus luminosum sit rotundum et aliquando sit maius quam corpus obiectum, aliquando equale, aliquando minus. Si equale fuerit umbra equalis et rotunda. Si talis umbra dicitur chelindroides, id est equaliter rotunda. Si minus sit obstaculo, fiet umbra extendens in latum ad modum calathi, et talis umbra dicitur calatoides. Si vero corpus luminosum maius sit corpore obiecto, fiet umbra tendente in acutum et conum, et talis umbra dicitur conoides. Ex quo patet quod cum sol sit maior terra, fiet umbra conoidem. Contingit enim quod cum terra sit opposita soli quod aliquo modo ita alte dirigitur umbra quod lunam attingit, et eam in fine eclipsim lune facit. Sed ex quo sol tumorem terre precedit, iste conus exundit et declinat inferius oppositum, et tunc luna libere apparet et illuminatur. Cum vero luna directe sit opposita soli, luna facit umbram calatoidam, et ideo umbram contra dirigit et eclipsim particularem facit, quia talis umbra non suffecit tegere totam terram cum claudi[tur] is solis in quibusdam partibus illuminetur. Et ex tali umbra accidit eclipsis in uno climate, alio sublato existente, sicut dicit Al[bumasar]. Umbra non est caloris receptiva. Splendoris indigens solarium actuum. Fecunditatis terre inductiva. Serpentum amica et colubrorum nutritiva. Maturitatis fructuum contrativa. Timoris et horroris melancolias causativa. Cum non sit corpus, species corporis est representativa corporum. Motu et quiete est similis ipsius conformativa. Nam moto corpore se movet et gestante gestat. Fugientem est insecutiva et insequentem fugitiva. Quanto etiam dies est longior et sol in celo stat altior, tanto obiecti corporis umbra videtur minor et econverso. Et ideo sole oriente videtur umbra maior et similiter in occasu quam in meridie.

32 Tenebra est lucis absentia, accidens nativum. Ligat et timet oculos ne solem videant suum lucem. Et sic nichil est nisi pura privatio. Tenebra quod dicitur aer obscurus vel umbra opaci corporis, ut dicit Basilius. Equalitate et clara lucia

generatur. Timorem tenuit. Colorem et pulchritudinem tollit. Verecundiam diminuit. Sed per violentiam m[illegible]

Postquam dictum est Explicit liber 8. [illegible] de proprietatibus celi Incipit 9.

et eius partium de quibus sacra pagina facit mentionem, restat sub brevi compendio de eius effectibus, scilicet de motu et mensura motus, id est de proprietatibus temporis et partium eius. Causatur autem motus per se et principaliter a revolutione celi, cuius motus primus est et simplicior, ut dicitur in libro celi et mundi. In illis est motu inferiorum corporum et mutabilium causa tamen est motus inferioris. Quia motus rerum inferiorum generabilium procedit ex incorruptibili et uniformi motu corporum superiorum, ut dicit Aristoteles ibidem. Motus autem est causa actionis in omni generatione, ut dicitur in libro de generatione. Omne enim quod mutatur in generatione. Et secundum sex species motus, scilicet Generatio, Corruptio, Alteratio, Augmentum, Diminutio, Secundum locum mutatio, ut dicit ibidem. Motus vero permutationis secundum situm: alius revolubilis et sphericus, alius compositus, alius rectus. Revolubilis autem non mutat locum secundum totum, sed secundum partes, ut celi [ ] quarum mutatur locus, ut patet in motu planetarum. Rectus quando mutat locum secundum quod dicitur et in actu. Aut enim modo accedit ad circumferentiam, ut ignis et aer, et hec levia que feruntur sursum. Aut enim movetur deorsum ad centrum, ut gravia sicut aqua ad terram. Hic autem motus habet sex species, scilicet ante, retro, sinistrum, dextrum, superius et inferius. Compositus vero motus est ex duobus motibus compositus, sicut motus ligni in quo ardet ignis. Motus insuper habet hanc proprietatem quod ex vehementi motu generatur calor, ut patet ex motu primi orbis ex cuius confricatione et motu inflammatur et hoc ut dicit Aristoteles, et ex motu liquefit plumbum quod est in eo, ut dicit idem. Motus enim non per se mensuratur spatium in quo est motus. Omnis autem qui motus procedit sicut animalis motus fit ex violentia, sicut ex forti impulsu venti movetur navis, aut voluntate sicut movetur corpus vivit animus. Et hec est mutationis de loco ad locum vel permutationis dispositionis ad dispositionem de loco ad locum naturalem, aut per naturam. Lapis autem quanto ab alto dimittitur quanto magis descendit tanto magis est eius motus impetuosior, ut dicit [illegible] motus in fine velocior quam in medio per violentiam. Omnium motus est in principio motus velocior. Et quanto remotior est a suo principio tanto debilior erit motus, ut patet in sagitta ab arcu emissa, que tanto a remotionis parte [illegible] quod in ultimo non penetrat nisi leviter. Motus itaque est generationis et omnis transmutationis inferiorum causativus, caloris et inflammationis inductivus. Tam aque quam aeris subtiliativus. Caloris naturalis confortativus. Appetitus

Corruptio.

excitativus. Medicine laxative ad medicinandum corporis receptivus, ut dicit Ypocras. Si vero elementum ducere movere corpus si fuerit motus acutus ad circumferentiam, erit motus extensivus et dilatativus. Si vero fuerit eius ad circumferentiam usque ad centrum erit aggregativus partium inspissativus et constrictivus. Immoderatus vero est nature destructivus.

Tempus est rerum mutabilium mensura, ut dicit Aristoteles in iiii. v. Phisicorum. Tempus est numerus motus in eo quod numeratur. Tempus est dimensio rerum mutabilium secundum motum et moram, tamen in rebus mutabilibus, ut dicit Augustinus. Nichil est preciosius tempore, quia de eo possidere possunt duo homines non plura. Sed duo momenta simul habere possunt. Unde tempus recuperationem non recipit. Amissio enim temporis irrecuperabilis est. Breve est tempus, mutabile et instabile, irrevocabile, cum motu enim et mobile incipit, quo perit deficiente ipsum finitur. Et ideo non erit infinitum, sed cessabit quando non erit mutatio, ut dicit Augustinus. Tempore nichil generalius est ipso, nichil velocius quod numquam cessat immo quod incipit perficit, incipit cessare et cetera, quia presentis finis est preteriti et mox principium est futuri. Omnis enim temporis rebus multitudinibus variatur, scilicet in preteritum, presens et futurum. Per vices temporis et eius variam successionem fit dies et nox, ut dicit Beda. Sed alibi dies alibi nox. Tempore nichil certius, nichil imperceptibilius, quia ut dicit Ysidorus, tempus per se non cognoscitur, sed solum per humanos actus. Item tempore nichil est alterabilius et ideo eo nichil periculosius, quia ut dicit Ypocras, mutationes temporum maxime generant morbos. Subita enim mutatio frigiditatis in caliditatem corpus alterat et immutat. Et ideo quia natura non patitur subitas immutationes repentinas, ut dicit idem Ypocras, cito subita mutatio temporis frequenter est causa infirmitatis. Item moderatio temporis et in suis qualitatibus temperata corpori nichil est salubrius. Unde dicitur in amphorismis: temporibus temperatis moderatis si tempora qualiter se tenuerint boni erunt status et mali bene determinatores egritudines fiunt. Item quamvis tempus varium sit mutabile, in tempore nichil est continuum, partes enim temporis sunt continue. Unde dicit Macrobius tempus quod in hyeme senescit, statim in vere renovatur et cetera. 2

Annus ut dicit Ysidorus est solis revolutio vel anfractus cum peractis 300 et 65 diebus et quadrante redit ad locum suum. Et dictus annus eo quod mensibus suis in se volvitur. Annus enim ab anu, quod est circuitus, dicitur, quia circuit et revolvitur. Unde apud Egyptios litteras inventas per pictum draconem caudam suam mordentem et in se revertentem significabatur, ut dicit Ysidorus. Sunt annorum diversa genera. [illegible] est annus solaris minor solari in xi diebus. 3

Et est annus solaris qui 12 habet menses. Singuli autem planete habent
annos suos in quibus perficiunt cursum suum. Nam mars quasi in du-
obus. Jupiter in 12. Saturnus in 30. Qui est annus magnus
qui dicitur mundanus, quando omnes stelle post aliquot redibunt ad
proprium et primum creationis sue punctum. Et hic annus post a...
in 36 milium annorum perficietur. Sicut patet in li. de proprietati-
bus elementorum. Secundum phisicos autem in 15 milibus perficiatur annus
iste. Sicut dicit Macrobius in li. Ciceronis. Sunt autem anni usu-
ales scilicet solaris quattuor tempora scilicet tempus vernale, autumpna-
le, hyemale. Et dicuntur tempora eo quod in se qualitatibus
mutuo se temperant. Unde dicit ys. Dicuntur et curricula
eo quod alterna assiduitate currunt et numquam in eodem statu
cu perseverant. Unde dicit ys. In hiis autem quattuor anni temporibus
accidunt duo solsticia et duo equinoctia, in vernali et
in autumpnali. Solsticium est maxima inequalitas diei
et noctis ꝑfca. Quod accidit in ingressu solis in cancrum
et in capricornum. Cancrum quidem ad solsticium estivale,
in capricornum quidem ad hyemale. Et dicitur solsticium
quasi solis statio duplici de causa. Vel quia sol in estate vel
hyeme propter longitudinem dierum aut noctium videtur sta-
re in nostro emisperio vel inferiore, vel quia in utroque
solsticio quia stat in estivali non potest plus accedere
ad nos, in hiemali non potest plus a nobis habitabili e-
longari. Equinoctium est maxima equalitas diei artificia-
lis et noctis. Que accidit in ingressu solis in
arietem sive libram. Primum est vernale, secundum est
autumpnale. In hiis autem quattuor temporibus fiunt quattuor ieiunia que
dicuntur [illegible]. Primum fit in prima septimana xl^e.
Illud est veris. Secundum est estatis in septima-
na pentecostes. Tertium est autumpni mense scilicet fe-
riam septembris. Quartum est hyemis quod fit
in septimana tertia ante nativitatem domini. Annus
non est itaque solaris qui incipit a ianuario et terminatur in sept-
b. Et est spatium quo revolvitur sol 365 in zodi-
aco et quadrante, id est 6 horis que sunt quarta pars diei natura-
lis. Iste autem 6 hore non computantur in anno communi sed
colliguntur in anno bisextili. Dicitur autem bisextus col-
lectio 24 minutiarum in 3 annis cum 6 horis
quarti anni ad perficiendum unum diem ex 24 horis.
Ex cuius additione dicitur annus bisextilis quia sic eo anno
accidit in februario bisextus. [illegible] enim
tiam. Vel dicitur bisextus quia ex bisse momentis
collectus est. 30 momentis quibus sol movetur in quo-
libet signo ultra 30 tricentes colliguntur singulis
annis 6 hore que colliguntur per 3 annos. Fi-
unt 24 ad bisextalem diem. Unde dicit beda. Sed de hoc
quere in compoto.

Annus lunaris quandoque dicitur spatium quo luna
revolvitur ab uno puncto zodiaci ad a-
lium punctum quod continet secundum quosdam 27 dies
et 8 horas. Quandoque autem annus lunaris spatium quo vol-
vitur a coniunctione usque ad coniunctionem vel ad illumi-
nationem. Et tale spatium superat primum duobus diebus
et 6 horis. Dicitur autem luna esse in coniunctione quando in directo ita
est sub sole, quia nulla pars superficialis respicit
terram non apparet illuminata totaliter, nunc est illuminata quando videtur
plena. Post coniunctionem itaque luna recedit a sole et
reliquit eum in aliquo puncto zodiaci. Quo re-
vertens ad eundem punctum non invenit eum ibi, quia iam perfecit in
suo motu. Unde oportet eam consumere duos dies et 6
horas antequam illum consequatur. Et tale spatium dicitur
lunatio. Quandoque dicitur annus lunaris spatium continens 12
lunationes, que dividuntur a computistis per 6 partes, par-
ei lunatio respondet ut mensis impari, impar autem pari.
Annus ergo lunaris continet 12 tales lunationes, continet
354 dies. Sexies autem 30 et totiens 29 dies perfici-
unt tantam summam. Unde patet quod annus solaris communis superat
hunc annum lunarem in 12 diebus. Qui excessus facit
etatem lune variari singulis in illis mensibus, ita quod
si in hoc anno prima est in illis aliis mensibus in sequenti anno
erit 12. Quandoque dicitur annus lunaris embolismalis in quo
crescit et colligitur una lunatio 30 dierum, collectis
illis 11 diebus in quibus superat annus solaris lunarem. Et
in tertio anno embolismalis quia in illo colligitur lunatio
30 dierum, tribus diebus desuper remanentibus. Ter enim
11 faciunt 33. Similiter 6 remanentibus aliis
diebus tribus similiter in 8 annis est embolismalis additis
illis 6 diebus ad illos 22 dies qui ex superex-
crescentia 7 et 8 anni colliguntur. Sed adhuc ista
lunatio embolismalis 19 anni fit 30 dierum, oportet
mutuare duos dies ex embolismali sequenti sub
Et ideo procedendum est usque ad 19 annum, quando embo-
lismalis adimpletur. Continet 12 annos et 7 embolis-
males scilicet 3. 6. 8. 9. [illegible]. 10. 7. 19. Alius vero fuit com-
munis. Annus lunaris maxime observationis est apud hebreos
qui et legalis dicitur, quia omnes festivitates legales per
lune cursum et etatem observantur. Et ideo sic incipit
a lunatione aprilis, ut dicitur in exodo 12. Dicitur mensis iste e-
rit vobis principium anni etc. Preter annum autem usua-
lem seu communem et legalem est annus qui dicitur emergens
quando ab aliquo casu notabili emergente tempus
subsequens computatur. Sicut greci computaverunt tempus

ab olimpiade. Et sic anni apud diversas naciones. et sic de aliis. Unde contingit sepe quod medium anni legalis est principium exigentis. etc. Et per hoc multe contraversie in libris ad invicem videntur. Sed hec de annorum diversitate dicta sufficiant.

Ver est principium anni. cuius initium est quando sol in primo puncto arietis consistit. et septentrionem per equinoctialem ascendere incipit. ut ait Ysidorus li. 4. c. Et tunc quidem linea est quando neque septentrioni attingens neque meridiei. sed ab utroque polo equaliter distat. Durat autem tempus veris usque in fine geminorum. quantum scilicet sol discurrit per tria signa. quorum unumquodque habet suum mensem ad tempus vernale pertinentem. Primus mensis est arietis incipiens a .13. die marcii usque in .13. aprilis. Secundus est tauri incipiens a .13. die usque in .13. diem maii. Tertius est geminorum incipiens a .13. die maii usque ad .13. iunii. Est autem vernum tempus medium calidum et humidum magis temperatum inter hyemem et estatem medium qualitatum utriusque participium. quia sanguis incipit multiplicari in tempore vernali. et humores qui in hyemali tempore constricti fuerant et compacti calore vernali moveri incipiunt et dissolvi. Ver autem secundum qualitates temperatum sanissimum tempus est et minime mortiferum. ut in Breviario ut dicit con. 26. Ista enim duabus qualitatibus delectatur. quia calidum est cum essentia nutrimenta et augmenti. Humiditas vero est cum materialis. Et ideo in vere magis generatur sanguis qui magis est necessarius nutrimento corporis. Si vero naturam suam excedit. diversas inducit egritudines ut dicit in amphorismis. Si hyems sicca fuit et borealis. ver vero pluviosum fuit et australe. necesse est in estate febres acutas fieri. obtalmias et dissinterias maxime in humidis. ut dicit commentator. In hyeme sicca humores per frigiditatem retenti acuuntur. In vere autem nimia humiditate dissipata multe superfluitates generantur et per calorem generantur. In estate vero cum calor non est potens eas consumere putrefiunt. sic fit acutas generatur et inducit mulieris alias passiones. Si vero hyems calida fuit et humida. ver autem fuit frigidum et siccum. necesse est homines in estate egrotare. et mulieres pregnantes levi occasione abortire. Cuius causam assignat Galienus dicens in commento ... dicens. Quia corpora pregnancium in hyeme fuerunt calida et humida. tenera sunt et mollia. Unde frigiditas aeris vernalis subito pe-

netrans ad naturam ledit fetum per frigiditatem et siccitatem quas qualitates mortiferas quibus afficiunt fetus. Unde fetus mortificatus aggravat matricula et obruit. et sic mulier necessario abortit. Unde ver terram dum clausa. et per frigus constricta, aperit. et radices et herbas intrinsecus latentes producit. floribus et herbis terram renovat. Aves ad garritum et amorem sollicitat et inducit. Et mundo decorem quem ante spoliaverat induit et renovat. Unde ver dicitur animare ut augere. quia tunc herbe et arbores virescere incipiunt et frondere. Tempus veris tempus est agilitatis et laboris. et quidem leticie et amoris. Vernali enim tempore omnia videntur leta. Prata virent. Silva frondet. Prata florent. Celum splendet. Mare quiescit. Volucres nidificant et nidificant. Et omnia que in hyeme videbantur mortua et marcida. in vernali tempore renovantur. [illegible]

Estas calida est et sicca. Initium est cum sol fuit in primo puncto cancri. et tunc est sol in maxima elevatione quo ad nos et incipit paulatim descendere usque in virginis finem. Et habet estas tres menses sicut et ver. ut dicit con. Primus mensis est cancri a .13. die iunii usque ad .13. diem iulii. Secundus est cum sol est in leone a .13. die iulii usque ad .13. diem augusti. Tertius est cum sol in virgine discurrit a .13. die augusti usque ad .13. diem septembris. ut dicit con. Est igitur estas calida et sicca. colere generativa. eo quod sol tunc est in suo summo gradu ascensionis oppositus. quia capitibus nostris directum et fortem corporibus nostris ... et in aliis inferioribus fortissimam imprimit actionem. Unde et superflua in hyeme coadunata dissolvit et consumit. Si vero estas suam excedit temperiem. multiplicat calidas et siccas generat et inducit passiones. ut dicit con. Dies longiores sol efficit. et noctes breviores. Fructus et flores ad maturitatem producit. non ut cum virtus sue est intense humores in fructibus est digerit. eis torpeat et inmergit. Sed vero superfluum est. desiccat purgat et consumit. Terra fumosam et aqueam reddit. Ita calor suo humidas potestas consumendo desiccando destruit. Dio-

aerem uero dilatat poros et declinat comprimit et constringit.
et sic aperit terram atque   constipatas partibus
aqueis desinunt causis coadunationis partium et
constrictionis necesse est ut pars aperti diuidatur. et sic
fissa in partibus terris efflatur. unde et terra palludo
sa aquositatem consumendo desiccat et exsiccat et dou
rat. porosas partes alium calorum sui liberalitate ob
turat. et humorem fluctuationem dissoluendo sudorem
prouocat. Et sic quod est superfluum anichilat et eua
cuat. per poros et apertionem sic spiritum exalando et sic
uel humiditatis euaporatio. Et ideo uirtus debilitat
et euacuat extrinsecus quantitate sua coloris quantitate
et inflammat. et in debilem colorem generat et augmentat.
Apes mellificantes suis floribus estas reficit et
saciat. Serpentes noxiis temporibus generat. Pertransit
superficiem nec diuerso estu arescit. unde et hu
mectat. Estiuo tempore aues cantare magis uocem
ferunt. et ad prolificandum similium uolucres ma
gis auiant. Omnium corporum ubera in estate me
dia abbreuiantur.

Autumpnus ab augendo est dictus. eo quod tunc tempus
fruges et fructus possesse humanitati in hor
reis et augentur. Omnis enim labores et fructus re
colligunt in horrea et reponit. Et ideo mitia fert in fabu
lis iunonis accipitur tempus fertilitatis. ut dicit
ysidorus. nam solicitos et negotiosos circa fructuum col
lectionem homines reddit. Agros afructibus et arbo
res afructibus morbidas reddit. Siccitate et
frigiditate sua frondes et folia mortificat et
deiicit. Terram sterilem efficit. et uinum quantitatem
apparatur et perficitur. Est itaque autumpnus frigidus et
siccus. humoris melancolia frigidi scilicet et sicci genera
tiuus. Cuius initium est cum sol primam partem libre in
trat. cum sol est in eadem linea scilicet in equinoctiali cum
a septentrione et meridie equaliter distat. Hoc tempus autump
nale tres menses sibi deputat ut dicitur. Primus
incipit quando sol est in libra. a 18 die septembris usque
ad 18 diem octobris. Et tunc incipit sol declina
re in meridie. Secundus mensis est in quo sol est in scorpione
scilicet a 18 die septembris usque ad 18 diem
nouembris ut dicitur. Autumpnus in suis qualitatibus est
uere contrarium. Et ideo multarum infirmitatum et pestilentiarum
est generatiuus. unde ypocras in amphorismis. In autumpno acute egri
tudines et mortifere. Quod quia tam dicit. G. pestilentior
est aeris temporibus in multis illas. propter
mutabilitatem temporis. nec enim est calor. nec frigus.

Secundo cum sic procedit in uerie multos humores inclusos
generaliter procreauit quos reperit frigus autumpna
lis ad interiora. et non permittit eos exire. quia prime
fuit et includit pessimas passiones. aut quartanas
et febres iam auiales. Et quia hic autumpnus frigi
dus est et siccus incordinate. et ideo in autumpno mi
nima siccitate aqua consumit subtiles humiditas cor
poris efficit debilia. propter inequalitatem uero aeris pori
nec subito aperiuntur. nec subito constringuntur. unde
sit calor fumositatum retentio. Qualis cum uirtus
non possit expellere multitudinem et acuitatem ma
terie passiones mortales se subsequuntur. Et ptisis
autumpni est ualde nociuus. quia frigiditate et
siccitate sua pulmonem desiccat et corrumpit ad
modum. Et ideo ptisicos ualde ledit.

Hyems ab eundo est dicta. eo quod tempore hyema
li solet ire et uoluere sol in breuiori circu
lo quam in estiuali. unde breuiores efficiuntur dies. et noc
tes longiores ut dicit ysidorus. Est autem initium hyemis quando
cum sol est in prima parte capricorni. et est finis et
descensionis solis in meridie. et iam paulatim incipit
ascendere contra septentrionem. Hec est quod hyems tres
menses sibi deputat. Primus est in capricorno incipi
ens in 18 die decembris usque in 16 diem ianuarii.
Et a ianuario usque ad 16 diem februarii. Tertius mensis
est quando sol est in piscibus. et incipit a 16 die februarii usque ad
18 diem marcii. ut dicitur. Est autem hyems frigida
et humida. flegmatis nutritiua. magis tamen dominatur
frigiditas quam humiditas. Quod magis fit aeris et a
qua contractio et congelatio propter magnam solis elongationem
ex quo frigus in medio terre temporis generatur. Unde hy
emps estati per se est contraria. Et ideo omnia uirentia
et nascentia beneficio estatis frigore hyemis
mortificantur. et estatis pulcre uestigia in hyeme
penitus anichilantur. Niues et aquarum inundationes
in hyeme multiplicantur. Tam uie quam semite
lubrice et lutose in hyeme efficiuntur quod prou
enire glaciali frigore constringuntur. Omnium cor
porum ubere in hyeme plusquam in estate prolongantur. Poros
enim clausos in superficie exteriori corporis inueniunt. terrarum
enim partes calore fugientes eluadentes frigore in aere
agitantur. Et ideo aque puteales et fontane in hyeme
sentiuntur magis calide quam in estate. quia calor naturalis
fugiens contraria aeris frigiditate. interiora petit et in
uenis puteorum et fontium se recludit. Et ideo propter ca
lorem plenam aqua in fonte uel in puteo non gelantur.

Uult dicere sic Secundus est quando sol
est in scorpione et incipit a 18 oc
tobris et durat usque ad 17 nouem
bris. tertius est a 17 nouembris
usque ad 18 decembris et est
sol in sagiptario

Secundus incipit
a 16 ianuarii

¶ Item hyemalis asperitas homines facit pigros et residere ad opera domestica. Sed tamen ex frigiditate constringente cum humor naturalis modo contrahitur propter quod nihil tunc ad opera ista de facili non laxatur. ¶ Item ex frigiditate hyemali clausi sunt et revocato calore naturali ad interiora virtutes animales confortantur propter quod excitatur appetitus et plura cibaria quam in aliis temporibus necessario requiruntur. Unde ypocras in aphorismis: Ventres hyeme et vere calidissimi sunt natura et sompni longissimi. In his ergo horis plures oblationes dande sunt. Calor enim est multus et multo indiget nutrimento etc. ¶ Item quando hyemis suas excedit qualitates varie passiones in corporibus generantur. Contra vero hyems clausis poris in commutationibus corporis aggravantur quando inveniuntur varie premuntur.

Mensis est in greco a lune nomine dictus. Luna enim greco sermone mene vocatur. Illa apud hebreos omnes menses non ex cursu solis sed ex lune motu initium capiunt. Egyptii autem qui propter velocitatem lune cursum non mensis potius ex solis cursu invenerunt. Anni tardior solis motus facilius poterit comprehendi, ut dicit ysidorus. Est autem triplex mensis scilicet ¶ Solaris quamdiu sol movetur in uno signo peragendo etc. ¶ Usualis .28. dierum spatium quod luna recedens martilogus continet. ¶ Et est mensis lunaris scilicet spatium quo luna recedens ab uno puncto firmamenti revertitur ad idem punctum et continet in se .29. dies et .4. horas. Movetur in quolibet signo per .2. dies. Cum sint .12. signa habentur .28. dies. Ex eo vero quod movetur per .6. horas excrescunt .3. dies que preter .28. diebus adiuncta faciunt .28. cum bisse supleat unius hore integre spatium. Et patet quod luna circuit zodiacum a puncto ad punctum per .27. dies et .8. horas. ¶ Alio modo sumitur mensis lunaris pro lunatione. Habet ergo a anno .4. quadrantes quorum quilibet .6. horas .4. puncta. Punctum .x. momenta. Momentum .12. uncias. Uncia .47. athomos. Athomus ulterius non dividitur propter suam brevitatem. Sunt autem menses .12. usuales quorum primus dicitur ianuarius.

Ianuarius eo quod sit limes et ianua anni. Unde bifrons ianuarius depingitur, ut anni initium et exitus demonstretur, ut dicit ysidorus. Depingitur comedens et cum sciffo bibens quia tunc alia humectatione copia cibi exigitur et requiritur, quia tunc temporis propter frigiditatem caloris naturalis magis viget appetitus. Iste autem mensis habet noctes longas horarum .16. et dies breves horarum .8.

Secundus mensis est februarius a februo, id est plutone dictus, cui mensis ille fuit antiquitus consecratus. Ianuarium dixerunt superioribus, februarium vero diis inferioribus antiqui errore gentilium consecrarunt. Et ideo februarius a februo, id est plutone deo inferiorum nominatus est. Est autem mensis pluviosus valde et aquosus. Propter aquarum inundationes depingitur februarius senex ad ignem residens pedes calefaciens, quia tunc temporis magis viget frigus propter solis diurnam elongationem quam precessit. Inter autem omnes menses februarius mensis est minimus, qui non habet nisi .28. dies quando non est bisextus. In bisexto habet .29. Dicitur autem februarius apud hebreos sebath, apud grecos vendicos. Cuius nox habet .14. horas, dies .10.

Tertius mensis dicitur martius a marte romane gentis auctore appellatus. Vel ideo sic est dictus eo quod tunc animalia ad amorem et coitum moventur, ut dicit ysidorus. Dicitur autem martius apud hebreos mensis adar. Apud grecos vocatur distron et habet .31. diem. Nox autem eius habet horas .12. In mense enim martio est equinoctium vernale inter septentrionem et meridiem mediam lineam tenens. Et ideo in mense martio aperiuntur pori terre atque humores incipiunt ascendere tam in animalibus quam in herbis et in arboribus. Unde et martius depingitur tanquam ianitor vel ortolanus, quia tunc temporis est ut silva avibus et aliis arboribus aperitur. In martio autem est tempus mutabile et instabile, et ideo tunc temporis non homines facile alterantur. Aqua autem martialis sunt minus sane ad bibendum, quia tunc ex scelus piscium et ranarum potissime inficiuntur. Sole in principio martii et in medio signum piscium exeunte.

Quartus mensis est aprilis, qui apud hebreos dicitur yar, apud grecos dicitur xanticos. Habens .30. dies, cuius nox habet horas .10., dies vero .14. Dicitur autem aprilis quasi aperilis, quia tunc omnia aperiuntur et tunc germinant flores et folia de terra et arboribus egrediuntur. Et ideo aprilis depingitur gestans flores, quia in illo mense terra apparet decorata floribus ac vestita. Vel aprilis dicitur quasi affrodilis ab affron quod est femina, quia tunc aptius porus terre sunt habilia apta semina concipere et agriculture sole circa medium martii signum tauri subintrante.

Quintus mensis est madius sive maius, a maia matre mercurii dictus. Unde dicitur a maioribus natu qui in republica sunt maiores. Vel dicitur madius a madefactione pluviarum, quia tunc temporis oriuntur pliades et alie stelle pluviales, quarum virtute mittuntur pluvie et rores ad seminum iactorum madefactionem et mitigationem

Hic mensis apud iudeos dicitur sciuan· apud grecos dicitur a timoseos· habens dies·30· nox uero habet horas·8· et dies·16· Est autem maius amenitatis· amoris et iocunditatis· tunc enim magis uirescunt et gaudent aues. Tunc ad bella procedunt reges· In maio silue uirent· prata uirent et florent· et omnia fere animalia mouentur ad gaudium et amorem· Et ideo dicitur sol in medio maii intrare signum geminorum· quia propter temperiem aeris amenitatem· corporis iocunditas in hominibus geminatur· Vnde magis tunc est solatii et delectationis· propter quod depingitur iuuenis equitans et gestans uolucrem super manum.

Sextus mensis dicitur iunius a iunioribus dictus eo quod propter romanos in centurias minorum iuniorum et seniorum fuit diuisus a romulo· Est autem mensis iunius finis ueris· et principium estatis· Et dicitur apud hebreos thamuz· apud grecos uero teleos· habens dies·30· Nox uero habet horas·6· dies uero·18· Est autem mensis solsticialis· quia in eius medio intrat sol in cancrum. Tunc autem calore intendente desiccantur omnia tendunt ad maturitatem· Et ideo depingitur secans fena in pratis quia tunc temporis sunt matura.

Septimus mensis dicitur iulius a iulio cesare sic uocatus· quia in illo mense fuit natus. Vel ut dicitur tunc temporis fuit ad imperium sublimatus. Dicitur autem apud hebreos ermios· apud grecos erinemos· Habet autem dies·31· Dies habet·16· horas· nox uero·8· Est enim mensis iste feruentissimus· quia in medio istius mensis sol incipit esse in leone· et incipiunt dies caniculares· Et ideo tum ex sole tum ex calido signo et calidissimo sydere fit excessus caloris tunc temporis in calore· tunc quod incendium pessimum· et est tempus magis discrimen mediciname ex nimio calore ad interiora radices subintrante· et humores consumente segetes maturescunt. Vnde iulius depingitur cum falce resecante· quia tunc est tempus congruum messioni.

Octauus mensis est augustus ab augusto cesare nuncupatus. Qui apud hebreos dicitur elul· apud grecos·lor· habens dies·31· cuius nox habet horas·10· et dies·14· In hoc mense fruges in horrea recolliguntur. Et ideo depingitur triturans. Denudat autem terram a frugibus et spoliat. Et ideo dicitur sol in augusti medio signum uirginis intrare. Sicut enim uirgo sterilis est et infecunda· sic terra est quando sterilis quando a suis frugibus uel fructibus est orbata.

Nonus mensis est septembris· sic dicitur· quia est septimus ab ymbre .s. a martio. quando solent ymbres inundare. Et dicitur apud hebreos casli. Apud grecos topeos· habens dies·30· Cuius nox habet horas·12· dies·12· In isto enim mense fit equinoctium autumpnale· nam in eius medio sol ingreditur signum libre. Est autem mensis iste finis estatis et principium autumpni. In quo uindemia fit matura· et ideo depingitur tamquam uindemiator· racemos colligens in cartallo. Est autem iste mensis mutabilis et instabilis. Nam calor est in principio intensius· sed in fine remittitur et temperatur· iam frigore incipiente autumpnale. Fuit autem mensis iste apud hebreos ualde celebris et solempnis· Nam apud eos dies unus et annus unus· et mensis unus in summa ueneratione habebatur.

Decimus mensis est october· quia ab ymbre est decimus. qui apud hebreos dicitur marsuan· Apud grecos ypherberetaios· habens dies·31· Cuius nox habet·14· horas· dies uero·10· Qui in principio sui adhuc est calidus· sed in fine fortem frigore corrumpitur. Et ideo in eius medio sol dicitur intrare signum scorpionis qui est unus facie blandiens· et cauda pungens. Hic mensis quandoque nimium est frigidus et siccus terram desiccat· et eam ad susceptionem seminum disponens et habilitans. Vnde tunc temporis semina hyemalia glebe committuntur. Et ideo depingitur in similitudine hominis seminantis.

Vndecimus mensis est nouembris· sic dictus quia ab ymbre nonus est. Apud hebreos dicitur casleu. apud grecos dyos. habens dies·30· Cuius nox habet horas·16· dies·8· Hic mensis frigore suo penetrat ad interiora· et comitatur leo corpus· et ideo in ipsius medio dicitur sol signum sagittarii subintrare et siccitate et frigore sua constringit et desiccat et deicit arborum folia. Poros etiam in aliis claudit· et recolligens humoribus in interioribus eos coagulat et constringit. Et ideo tunc temporis animalia et maxime porca impinguantur. propter quod depingitur quasi rusticus querens glandes porcis suis.

Decembris·12· mensis est sic dictus. quia ab ymbre martii est decimus. Martius quidem est mensis pluuiosus. Hic apud hebreos dicitur tebeth. Apud grecos pyleos. habens dies·30· Cuius nox habet horas·18· dies uero·6· Hic mensis est solsticialis. quia in eius medio sol ingreditur signum capricorni· quia est arcemoas de nostro habitabili quam nunquam a nobis plus aliquantulum elongatur. sol tunc ad circulos meridionales incipit paulatim reuerti et ascendere per circulos boreales. Est autem finis autumpni· et principium hyemis· que se extendit usque ad·16· diem martii. in incipit tempus ueris· In hoc mense propter asperitatem frigoris se uolatilia et animalia domestica mitiora getis et q̃ui mor.

ꝙ ī ꝑlim̄ ipīguat̄. Vn̄ tūc porci — potissīe ꝙ
mactāt̄. Pp̄ qḋ ȯ pīgitur tāq̄ carnifex. qui
cū secure ꝑcutit ꝙ mactat porcū suū. Et h9 .12.
mēsib9 ꝑficit̄ ann9 tā solaꝛ q̄ lunaꝛ.

Ebdomada siue septimana. a die
rū nūo ē uocata. Cui9 replicatōe mēses an
ni ꝙ secl'a pigūt̄. ab eodē ēi die icip̄. ꝙ ieod̄ ter
minat̄. Cui9 ptes sūt dies artificiales. Sc̄ dies
sc̄a ad n̄o quoꝝ nōīa ag̃b9 cū sydib9 ḟ angl's ꝯsētā
sunt. Primū die soli ascͥpsunt. q pceps ē syde
rū ceteris plaꝝ. ꝙ ideo dn̄ica nūcupat̄. q ꝓuilegiatu
ē ī mltis. Quia ī die isto mūd9 ē creat9. Et ī eadē
x̄ fuit nat9. Et ī eadē a mortuis resurrexit. Et ī eadē ē x̄ mi
sit sp̄m scm̄. Scd̄m diē asscͥpserūt lune. q soli ī
magnitudine ꝙ splēdore ꝓxīa ē. Tertiū marti. ꝙ
sic de aliis. Dieꝝ ēt alī ē egyptiac9. alī n̄ egyp
tiac9. Egyptiac9 ē ille dies ī quo misit d̄s pla
gā aliq̄ ī egyptū. Vn̄ cū sint .24. dies egyptia
ci. pꝫ q plures misit deus plagas sup egyptios
q̄ .10. q̄ mēcōis sūt famose. Ponuntur aūt ī
kl'is eoꝝ n̄ q̄ deterius ī illis sit p9 q ī aliis cō
mittenō. sꝫ ut mirac'la dei ad memoriā reuo
cēt. Dieꝝ ēt alī artificialꝭ. alī n̄r. Artificia
lꝭ ē sp̄aciū quo uoluit sol ī suo emisperio ab
oriēte ī occidentē. Et d̄r artificialꝭ qꝛ q̄ artifi
cio diuisificat' ꝑ diuisos sic climatis ꝙ regi
onū. Naturalꝭ ē sp̄aciū quo uoluit ab oriēte p oc
cidentē. Et talꝭ dies ꝯtinꝫ .24. horas. Artificia
lꝭ ḋo dies ꝯtinꝫ ī equinoctio .12. horas. ī aliis uero
tp̄ib9 pl9 uł min9 ꝑ dieꝝ crementū uł decrementū.
Dieꝝ ēt alī ꝯnoīat' a kl'is. alī ab ydib9. alī
a nonis. Primi ēt dies mēsis d̄r a nōīe kl'aꝝ.
a kalo q̄ē uoco. qꝛ tūc solebāt nūciatores ad nū
dinas ꝯuocari. Et erat festū solēpne. q uocaba
t' festū neomenie. qꝛ tūc luna uidebatur eē no
ua. None dicūt' q. nūdine. qꝛ tūc nūdine
celebrabant'. Item dē ē yd9 q diuisio. qꝛ tūc nū
dine diuidebāt'. Ex quo pꝫ etiā anoꝝ diffiniti. s.
kl'is ꝯputata ad celebratiōes. nonas ad emptiōes
ꝙ negotia. ydus statuta ad recedentes a nūdi
nis ꝙ ad ꝓpria reuertentes. Dies ēt n̄r ꝯstat ex
.24. horis. q̄b9 sol circa totam t'ram curru firma
mēti circūfertur cui9 ptes sūt quadrantes. qr̄ pc
dies n̄r .8. sp̄aciū .6. horaꝝ. Hora ē .6. pars
quadrātis .i. .24. pars diei naturalꝭ. Et d̄r hora
extrema ꝙ finalꝭ pars tp̄is. Sīc hora d̄r extremitas

finium siue maris. ut d̄r ys. Pūctū ē .4. ps hore. ꝙ
d̄r momētū q̄ minimū. qꝛ angustissimū tp̄s a
motu syderū nūcupatū. Vncia ēt d̄r .12. ps mo
mēti. Athomus .4.7. ps momēti. Et d̄r athom9 q. di
uisibile. qꝛ uł athomū n̄ recip̄ diuisioꝝ. Dies itaq̄ ē
illuminatōis a sole receptiua. ꝙ luis recepta ad ali
os diffusiua. Vn̄ dies a dyan grō ꝯnoīat'. Dya ēt
dyan idē q clarit9. ut d̄r ys. Iste dies mēsium.
anoꝝ ꝙ tp̄m distīctiua ꝙ distinctiua. Oīa enī
tp̄m ꝙ seculoꝝ circulis dieꝝ nūo ꝯputantur.
Iste ꝑ accessū sol' ꝙ recessū ē dies breuitatis ꝙ
magnitudinis receptiua. Et ī pp̄ sol elōgatiōe a nr̄o
habitabili ī hyeme ē breuissima. ī estate ēt lon
gissima. qꝛ tūc sol a nob' uicini9 appiquat. Iste ꝑ
ꝙ cor9 superiorū ē dies occultatiua. qꝛ quāto
dies ē clarior. tāto stelle a n̄ris aspectib9 amplius.
Iste mēt colores ꝙ rez uisibiles formas ē dies
discretiua. sīa fig' ꝙ for' q̄ ī nocte latēt. de die
patent. ut dicit bz. Iste ꝯ. presētia lucis ē a
nimū letificatiua. In ortu enī diei gaudēt ꝙ cantāt
aues. Iste uiatorib9 ē securitatis dies ꝙ pietas ē
breuia. que latronib9 inimica ē ꝙ tionis ī iacis
sua. Latrones enī de die timēt. Iste dies cla
ritas ē tenebrositatis noctis uacuatiua. ꝙ ipsi i
nimica silentiū. Et q̄to nox p̄cedēs mag' tē
pestuosa ē ꝙ turbulenta. tāto ē succedens dies
ꝓspitatū mag' grata. Iste dies tāq̄ sui ē mu
tatiua. estate ēt ꝯtin̄ē uł decrescit. Et q̄to pl9 decre
scit ꝙ abbreuiat'. tanto pl9 ī estate elongatur. Iste
dies corpe ꝙ sopnolētia ē excitatiua. nā dies
exercitio ꝙ labori hoīu. ꝙ ī q̄to plus dies declinat
uersus finē. tāto sapiēs opm9 ad ꝑfectōez diui
ni opis pl9 conat' ut d̄r grḡ.

Aurora finis ē noctis p̄cedētis. ꝙ pncipiū di
ei sequētis. Et d̄r aurora ut d̄r ys. q. aurea ho
ra. eo q rutilātē ad mod' auri diffundit colorē.
Vn̄ ꝙ sol ī aurora ag̃ens ꝯdicōes .i. aurit conat'
appellāt'. Sīa uidēt eius splēdore aureas comas
ꝯmutaīe. Vł d̄r aurora. q. aurea rorans. eo q ī
aurora ros gn̄at'. ex cui9 humiditate ī funditē t'ra.
ꝙ aeris calidetas tepesc̄. Lumē a sole ī ꝑpetat'. cla
rior ē ip̄a nocte. sꝫ obscurior claro die. Aues in
uitat ꝙ diurnū ad uolād ꝙ cātād excitat. stel
las ēt fugat. In ortu ēt aurore flores q̄ clau
si apiūt'. ꝙ herbe q̄ eam p̄cedēte matutinē ꝙ e
rigunt'. Vnde aīales ī aurora ꝯfortāt'. ꝙ aliī

exsurdiens alleviatur et diminuitur. In aurora etiam humor sanguinis principaliter dominatur. Unde secundum quosdam aurora usque ad etiam naturam veris imitatur. Meridies estatis. Hora vespertina temporis autumpnalis. Nox vero hyemis qualitatibus assimilatur. In aurora per dormitionem sanguis despumatur dulcis et salubris. Tunc etiam gallus magis ad vociferandum concitatur. Oritur autem lucifer in aurora, et oriens sol presentia sua diem propriam quasi manifestat. Aurora ante ceteras tempus usque ad perfectionem lucis preficit et precedit. Variatur autem in ortu solis colorem suum. Unde nunc citrinum, nunc purpureum, nunc aureum pretendit colorem. Accidit etiam varietas et diversitas que vaporum vel nubium in quibus modis fit ipsius radiorum solarium [illegible] ut dicit beda. Flamma autem fervida in aurora cum radiis solaribus diversis se induerit signum est future tempestatis ut dicit idem beda. Idem autem est aurora et diluculum. Sic autem dicitur quasi diei incipiens et lucidum principium. Est autem diluculum secundum ysidorum finis noctis et inchoatio plene lucis. Alleviatio [illegible]. Expeditio ab criminibus. In diluculo enim hostes fugiunt et latrones ut dicit idem. Post hec est mane et diluculum. Ista mane est lux plena et matutina. Et dicitur a mane quasi bonum, eo quod luce nichil est melius ut dicit ysidorus. Est autem mane principium laboris et finis dormitionis. Tempus sobrietatis et prudentie et celebrante dignitatis. Paulatim nocte finem imponit et cito transit. Ex eius qualitatibus [illegible] significatis pretendit.

Meridies est dictum quasi dies media. Ista in meridie in medio celi videtur consistere sol, et in medio puncto inter ortum et occasum existens videtur equaliter ab utraque parte distare. Vel dicitur meridies quasi dies mera, quia tunc purior et clarior est quando sol de medio celi rutilat, et eius orbem perlustrat claritate, ut dicit ysidorus. Hec hora calidior est et siccior et in suis qualitatibus estati consimilior. Et hoc accidit propter quatuor. Primo propter directum solis ad clima nostrum oppositionem. Secundo propter radiorum solarium reflexionem, directionem et conduplicationem. Tertio propter radiorum spissitudinem et eorum constrictionem. Quarto propter linearum angularium quibus radii causantur. Aer enim tunc temporis per multiplicationem et concursum radiorum maxime calescit. Et ideo amplior tunc calor in suis locis generatur. In meridiana autem hora umbra uniuscuiusque corporis est brevissima. Et a meridie usque ad septentrionem tunc corporis est extensa. Et quo plus recedit a meridiano circulo, tanto obiicitur corporis umbra amplius prolongatur, ut dicit beda. In meridie flores et herbe arescunt. Fruges et fructus potissime maturescunt. Alia loca umbrosa propter solis fervorem querunt, et in suis latibulis requiescunt. In meridie alia venenosa sicut colubri et serpentes plus ledunt, quia venenum suum tunc fortius infundunt. De mane enim propter frigiditatem nocturnam precedentem rigescunt, et in eis venenum consopitur; sed in meridie calescunt. Unde tunc ad pungendum quilibet venenum ad infundendum fortius mordescunt. Vel in estate meridiano calidas requirunt, et calefactis gratia fumi soli se exponunt, ut dicit ysidorus.

Vesper autem a vespero occidentali stella est dictum. Vesperus enim est stella que solem occidentem sequitur et tenebris sequentes comitatur. Vocatur autem vesper serum autem a nimis serotinus sic dictum, quia quando venit vesper, post se serantur ut omnes in domo maneant custodes. Dicitur autem crepusculum, id est dubia lux quando inter lucem et tenebras discerni non est certum, ut dicit ysidorus. In vespere enim finitur dies et solares radii circa superficiem terre subtrahuntur. Imminente vespere virtus herbarum maxime producitur. Flores qui cum sole aperti fuerint propter solis absentiam iterum clauduntur. Pori etiam corporum qui ex calore diurno aperti fuerint propter remissionem caloris in vespere constringuntur. Exhalationes et fumositates vapores que in sursum nebule et nubes vespertino tempore resolvuntur. Homines et alia animalia et volucres propter resolutionem fumositatum in eorum corporibus ad soporem et dormitionem tunc disponuntur. Aves nocturne sicut bubones et nocticorace de suis latibulis ad sua pascua pervenimus cum tempore vespertino egrediuntur. Greges a pascuis reducuntur in caulis et alias omnium receptacula recolliguntur. Lupi autem in vespere magis discurrunt. Vigiles et custodes propter latronum insidias et hostium insultus in muris et turribus statuuntur. In vespere etiam laboratores remunerantur et gesta exponuntur.

Nox est a nocendo dicta, eo quod oculis noceat. Ista oculum privat alia perspectione, scilicet ab aere intellectu. Occultatur enim tunc coloratis quibus oculus delectatur. Causatur autem nox ab umbra terre, cuius interpositio interceptit a nobis solares radios, et impedit ac tollit animis aspectibus visum solis. Est autem nox frigida et humida qualitatibus hyemis similima. Et gestis aliquibus vitandis et congrua, et operi aliquarum effectum et necessaria. Vel nox est tempus dormitionis et quietis, et iuvenes qui per vigilias diurnas distracti et dispersi fuerunt debilitantur; noctis beneficio quiescunt et adunantur, et sic adunate confortantur. Hec nox propter solis absentiam causatur, paulatim incipiens in aurora [illegible] terminatur, ut dicit albumasar. Et ideo in noctis tenebris ambulantes

ut navigantes de facili dominantur, non eorum via per motum et syderum situm dirigitur. Omnis infirmitas plus intenditur generaliter nocturno tempore quam diurno, et pacientes de nocte plus quam de die aggravantur. Per gallorum cantum finis noctis predicitur, et adventus future diei pronunciatur. Hora est qua per excubias militantes, id est vigilantium ordinem distribuitur, ut dicit ex. Nam prima vigilia in noctis. Secunda in [illegible]. Tercia in media nocte sive ipsius noctis intempesto. Quarta in gallicinio. Omni enim tempore in castris vigilatur et excubatur, quia sic inveniet ut formidatur, ut dicitur in Lu. xii. Preterea nox est ipsa horrorosa et terroris inclusiva. Fantasmatum et illusionum contentiva. Plura enim fantasmata occurrunt de nocte quam de die. Plures enim occurrunt dormientibus de nocte quam de die vigilantibus fantasie. Sic dicit [illegible] per visum per ipsum. Con. xx. Nox enim est condensationis et infectionis aeris immutatio et infectio, quia nox alia nunciaret nisi luna et spectra motu suo quasi ex malitiam obviaret, ut dicit Albu. Nox enim est illorum que clarente diei occultantur manifestativa, ut patet, quia stelle latent de die, de nocte vero lucent. Inimicorum aliorum nocumentiva. Nam aper et alie fere silvestres de die illius fovent et antris latent, et de nocte per vineas et agros evagari non cessant. Audacie et securitatis maleficiis est sepius prestitiva. Nam de die timent deprehendi latrones et fures, qui nocturno tempore ad omne flagitium sunt audaces, ut dicit Gregorius. Moralis competentias nocturna mora periclitantibus in mari est maxime nociva. Quia quando nox navigantium pariter supervenit, evadendo loca aliena usque occidere, ut dicit Gre. Tota vite humane medietas est nox insensibilibus consumpta. Tantum enim temporis consumimus dormiendo quantum de die vigilando. Unde nox subtrahit quod ad laborem per se magis vite nostre, ut dicit Gre.

Sabbatum est proprium septimane festum. Quod ad celebrandum ideo fuit a domino institutum, quia die septima requievit dominus ab omni opere etc. Gen. ii. Unde apud hebreos tanta prevaluit illa solempnitas quod nullum opus servile in sabbatis fieri permittebatur, immo in sabbatis servis et ancillis aliisque iumentis requies fieri iubebatur. Ignis etiam in domibus iudeorum in sabbatis non incendebatur. Cibi in die sabbati necessarii in die precedenti preparabantur. Cultioribus indumentis in die sabbati ipsi ornabantur. Lautioribus cibis et epulis communiter ipsi in sabbatis utebantur. Templum orationis gratia plus quam in aliis diebus frequentabatur. Altaria sacrificiis maioribus et oblationibus pinguioribus semper in sabbatis cumulabantur. Lex in sabbatis semper populis a sacerdotibus exponebatur. Diurnus cum psalmodia solempnius agebantur. Omnis discursus et evagatio prohibebantur. Unde mensura sabbati spatium tantummodo mille passuum ipsi vocabant. Plus enim ambulare in sabbatis illicitum putabatur, sicut dicit glo. super act. apostolorum. Romani non solum per defensionem legis non concedebant, ut patet in Li. Con. ii. Inquietatores sabbati quasi confringebant. Violatores sabbati [illegible] ut patet in illo qui colligebat ligna in sabbato, qui iubente domino lapidibus fuit a populo lapidatus et mortuus.

Neomenia idem est apud hebreos quod nova luna. Et erat solempnitas in kalendis mensium ad honorem dei qui renovat omnia instituta. Unde et fecerunt gentiles in principiis mensium ad honorem dyane et iunonis. Fecerunt hebrei in kalendis mensium ad honorem creatoris. Et ideo prima mensium dicuntur kalende, quasi colende, ut dicit Ysi. Vel dicuntur a kalo grece, quod est voco latine, quia tubis et buccinis hec solempnitas pronunciabatur, et clangore buccine ad festum neomenie ipsi vocabantur. Hec festivitas multum fuit celebris et insignis. Et ideo specialibus hostiis honorabatur, et ipsi ad epulandum et convivandum in talis tubis et buccinis specialiter invitabantur.

Septuagesima est spatium lxx dierum, quod extenditur a dominica que dicitur septuagesima usque ad sabbatum post pascha. Et dicitur sabbatum in albis. In hunc autem lxx diebus significantur lxx anni quibus filii israel captivi fuerunt in babilone. Per quos continue fuerunt in miseria et dolore. Sed accepta licentia a cyro rege redierunt finitis lxx annis. Captivitas babilonis prefigurat totum vite nostre tempus, quando diu culpe subdimur atque pene. Et ideo pena primi hominis cum pena sibi inflicta, licet in octava in prima dominica cum sept. inchoatur. Unde in signum presentis miserie cantica leticie subtrahuntur, et congruia donec post pascham suspenduntur. In pascha autem albe cum aliis laudantibus canticis redeunt, quia per passionem christi fuit culpe vinculis relaxatum; pena tamen adhuc remanet. Et ideo in septimana paschali cantatur graduale cum alleluia, quia adhuc cum spirituali leticia quam habet ecclesia de remissione culpe remanet quantum remanente adhuc pena. Ipsi israelite de sua reversione liberi in terris multum exultabant, sed medio per difficultate itineris multum laborabant. Sic nos reddentes ad patriam gaudemus per gratiam redemptionis, sed adhuc lugemus per peccatis. Cum autem vite presentis lxx fuerint adimpleta, et fulgebimus in albis magna presentia. Et

ideo in sabbato in albis cantatur duplex alleluia, quia finito labore vite presentis cum pervenerimus ad eternam quietem sabbati, gaudebimus stola duplici nobis eo tempore restituta. In signum miserie vite presentis cantatur in introitu misse: Circumdederunt me etc. Pro spe reversionis in tractu, in epistola adhortans in stadio, et ad laborandum in vinea domini sabaoth, tractum in evangelio. Hec omnia ex summa et scintilla Io. Beleth sunt extracta, cuius auctoritatis in ecclesia esse legimus maxime in officiis ecclesiasticis ordinandis.

Quinquagesima a quinquies decem est vocata. Et significat tempus remissionis, sive ut expressius ponit Io. Beleth. Nam annus quinquagesimus dicebatur annus iubileus, qui apud Hebreos fuit summe celebris et festivus. Annus enim fuit reversionis possessionum, remissionis debitorum, restitutionis perditorum. Incipit autem quinquagesima in dominica .3. ante Pascha et finitur in die resurrectionis. Significat enim statum gratie, eo quod restaurationem mediante beneficio penitentie. Unde et ieiunium incipit in media quinquagesime. Et ecclesia frequentat quadragesimum principium, qui psalmus decantatur in divino officio in vigiliis fere horis: ille psalmus qui Miserere mei deus intitulatur repetitur. Observatio autem anni quinquagesimi, qui dicebatur iubileus, incepit secundum Hebreos ante legem, scilicet a tempore Abrahe, qui liberavit Loth nepotem suum, qui tunc temporis fuit annorum quinquaginta. Et ideo ab illo tempore mos filiis Abrahe servabatur. Que ita procedente tempore sub lege per ministerium approbatur, ut patet in Numeris.

Quadragesima est tempus .40. dierum, ut dicit Io., in qua incipit apud ecclesiam quadragesimalis et septem diebus ad Pascha, in qua Christus celi sacrificium [illegible] pane angelico nos reficiet. In quo nobis significatur quod post totum vel penitentis vite spatium peregit dies, contemplationis societate finaliter perfruetur. Est autem .40. tempus militie et pugne, in quo acrius contra vitia dimicamus. Hunc enim dierum numerum assumimus militiam non solum per exemplum Moysi et Helye, sed et per imitationem Domini Ihesu qui tot diebus legitur ieiunasse. Unde autem sub hoc numero ieiunamus, nam pro eo quod constat ex denario quater in se resoluto, decalogus sub denario et evangelium sub quaternario representatur. Quibus armis spiritualibus nostri adversarii expugnantur, et eterna vincentium vite hereditas possidetur. Sicut etiam promissionis futura .xl. annorum pugna in deserto filiis Israel concedebatur. Fructus autem vere militie ostenditur sub hoc numero. Nam quadragenarius collectis partibus suis dividentibus perducit numerum quinquagenarium, qui numerus remissionis debitorum et hereditatis

rio

amisse significat restitutionem. Ex quo ostenditur quod dimicando contra vitia remissionem consequimur peccatorum et hereditatem celestem eternorum bonorum. Sunt et in hoc numero vite nostre decimas et primitias domino offerimus. Nam per decimam .ccc.lx. dierum ieiunamus .36. dies, per decimam .6. dierum et horarum que residuum sunt de anno integro, iiii dies, et sic nimio solvimus domino per vitam annum .36. ipsum per primitias offerimus. Hoc autem faciamus ut offerentes domino primitias nostri temporis in hac [illegible] et decimas implentes decalogi per fidem quatuor [illegible] dignitate et eterne felicitatis denarium assequimur. Et quia .xl. est tempus militie, secundum quod [illegible] quatuor [illegible] militia [illegible]. Prima est levis et occulta, scilicet [illegible] nocturnus. Secunda est levis et manifesta: sagitta in die volans. Tertia est gravis et manifesta, scilicet incursus demonii meridiani. Quarta est gravis et occulta, et hec est negotium in tenebris ambulans. Contra istis itaque multiplicet ipsi munimine spirituali armaturam, ad quam ostendit apostolus in epistola que dicitur hac die: Exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros per arma iustitie in virtute dei etc. Inter autem omnia anni tempora, vel est magis nobile et insigne. Est enim tempus purificationis, quia etiam que in hyeme morticinabant quasi mortua, tempore quadragesime revivescunt. Item tempus renovationis, nam etiam herbis et floribus et arbores frondibus exornantur et renovantur. Tempus impregnationis et fecunditatis, quia tunc vis generativa in animalibus et plantis maxime viget. Unde et pullulant et germinant et renascentia universa. Tempus nidificationis et pullificationis. Unde turtures et hyrundines et alie volucres que tota hyeme fuerunt otiose, tempore vernali advenientes et se ad nidificandum sollicitant. Tempus medicine, quia tunc maxime moventur humores in corpore ad exteriora; tunc est congruum tempus medicine. Tempus lucri et negotiationis: tunc enim aer [illegible] est et mare navigabile. Et ideo solent homines vernali tempore ob spem lucri ad diversa negotia se movere. Tempus relevationis superfluorum et amputationis. Et ideo in quadragesima amputantur vites et alie arbores que a superfluis exonerantur. Tempus laborationis vinearum [illegible] et germinationis. Nam quod ante [illegible] in radice evaporat, et dilatando se evacuat [illegible] tunc vis germinativa [illegible] et per diversas partes impregnatas se extendit. Tempus seminationis et plantationis, quia etiam tunc semina terre committuntur et surculi inseruntur. Tempus roris et pluvialis irrigationis. Tunc enim oriuntur Hyades et alie stelle ymbrifere.

que habet cum rotis et plumis. et dicitur ad iacturam scilicet
nummi vendendi iungitur et nutrimentum. albus. et cetera. Tempus
deambulationis et peregrinationis. quia tunc aura et sidera
lumina magis serenantur.

Pascha grece. passio dicitur latine. aphase vero
grecum. hebraice vero transitus est quia transitus. eo quod in
pascha hebreorum agnus immolabatur assus comedebatur.
et nichil ex eo usque mane relinquebatur. Ossa eius
comedi non poterant. igni cremabantur. Cum festinatione et
lactucis agrestibus et panibus azimis comedebatur. Ab
renibus accincti et calciamentis comedi prohibebantur. In manu
manducantes agnum baculos tenebant. Sanguine agni
liniebantur domorum postes. ut exterminator angelus
cohiberetur. Quia non huius postibus nocendi non do-
morum potestatem habens sed superliminaribus et inde luna
ta. Per comestionem agni immolati transeunte domino per
egyptum. egyptiorum primogeniti interficiebantur. populus vero hebre-
orum ab egyptiorum domino liberatur. Unde ex eo quod paganum
in egyptiorum infinitatem hebreorum primogenita
sanctificabantur. post comestionem vero agni per precedente
columpna ignis et nubis. illesus per mare ru-
brum de egypto educebatur. pharaone autem ipsos persequente
cum toto suo exercitu principe in medium fluctibus
mergebatur. Tandem in fine cum hymnis et canticis pro
sua liberatione et hostium submersione et gratiarum acti-
ones domino solvebantur. Hec omnia in exo. per
ordinem continentur. c. 12. 13. 14. Et in memoriam
interfectionis egyptiorum. et liberationis hebreorum in
oleum consuetudo. ut sibi de duobus dampnandis
ad mortem. unum in pascha iudeorum interficerent. alterum
liberum dimitterent. ut patet. math. 24. Istud autem pascha
iudeorum ymago fuit et figura pasche christiano-
rum. in quo mediante sanguine agni immaculati qui
abstulit peccata mundi. omnes electi a servitute de-
monum sunt recepti. per quam verum transitus factum
est de carne ad spiritum. de vetustate ad novum.
de mundo ad celum. de umbra ad lucem. de falso ad
veritatem. de servitute ad gloriam filiorum dei libertatem.
Et ideo dies paschalis est tempus letitie. et exultationis.
tempus novitatis et renovationis. tempus puritatis.
et laudis refectionis. Quia illa epulatio non est in fer-
mento veteris malignitatis. sed potius in azimis sinceri-
tatis et veritatis. Sed nunc pascha semper in dominico die
celebramus. verno tempore. Luna adhuc plena.
Iudei autem celebrant per revolutionem verni tem-
poris. Illo autem celebrant in xv. luna cum videtur.

ne videamur iudaizare. Unum utique pascha le-
ge sublatum ad nullam se extendit. Et post ad
diem dominicam palmarum. quia pro vulgo pascha flo-
ridum dicitur. eo quod in illa die flores arborum videntur et
ramos in manibus gerimus. Quia illo die dominus processit
processionaliter cum ramis arborum est receptus.
Hec dies quasi est privilegiata in hoc quod filii israel illo
die sub iosue transito iordane sicco vestigio in-
traverunt terminos terre promissionis. et comederunt
de frugibus et fructibus terre chanaan et statim desi-
it manna. quo alii fuerunt in deserto. 40. annis.
ut patet iosue. 5. Item eodem die sicut ante quam dies pal-
marum. eiecit dominus de templo ementes et vendentes post-
quam a turbis cum ramis olivarum et palmarum honorifice fuit re-
ceptus. Ad pascha pertinet dies cene. que 10. die
id est. iiii. est privilegiata. In penitentiam ad ecclesiam redeun-
tium reconciliationem. quod est in die cinerum. ab ecclesia per unum
excluduntur. In die cene per manum in sinum ecclesie recipi-
untur. Et hoc in 6. sunt facti dominus ex aquis piscem quem voluerit
prius eum revomuit gurgitum. prius levavit in aerem. quia
dominus malos in carnalibus delectatione sepe ab omnibus in
celestibus glorificatus. Secundum privilegium consistit
in veteris sacrificii terminatione et inventione sacramenti
altaris institutione. quod carnale est in celeste quod spiritu-
ale est mutatur. Tertium privilegium consistit in
sacre unctionis et crismatis confectione. Tunc enim ab
episcopis olim cathecuminorum et infirmorum et parvuli olei
baptizandi unguntur in oraculis suis sive morte iam
appropinquante consecrantur. Eodem quoque die consecratur crisma et
eodem quoque balsamo quo parvuli crismantur animo
sacerdote in unctione ancilla domini. quia ab episcopo ipsum te un-
dique in confirmatione. Quartum privilegium. in man-
data domini representatur. Et hoc fit in pedum ablutione.
In pauperum refectione. In altarium dividatione. Et
eorum expiatione. Ille ergo dies cene. dies reconcilia-
tionis. Translationis. Consecrationis sive unctionis.
dies refectionis. Ablutionis. Ad pascha etiam per-
tinent dies parasceve. Et dicitur bona septima feria.
quia in ea dominus est passus. Ad omnia pasce et bona omnibus
vi. feria. unde se ipsum venerantia et honore. Celebratur
autem dies parasceve cum fletu et merore. quamvis aliorum
sanctorum passiones cum gaudio celebrentur. quia sancti post
mortem evolant ad celum. Christus vero descendit ad infernum.
quia fregit tartara. et solis eclipsis. et tota die respex-
erunt se omnes. id magis tunc gaudium ut dicitur. io.
Hec. Hoc vero dici privilegia. Quintum privilegium. Prima immolatio.

¶ Iesu expoliatio. ¶ Corporis sepultura. ¶ Et domi
nici quod mortis habuit imperium humiliatio. ¶ Quarti
si apertio. ¶ Hominis receptio. ¶ Septima resurrectio.
siue manifestatio. ¶ Omnium signorum consumatio. Et
ideo in octaua die consummatum est. Ad pascha quoque pertinet illa
uigilia que anthonomastice sabbatum sanctum appellatur. quia in illo sab
bato Christus quiescens corpore sepultus tota die in sepulcro requieuit.
In hac die ignis nouus acquiritur. unde dicitur et accenditur
et paschale cereum extinguitur. Quum cereus paschalis
exstinguitur et a diacono benedicitur. accenditur. cui thus
in forma crucis imprimitur. Deinde lectionibus lectis. ad
consecrationem fontis accedit processionaliter. Completo uero
baptismo. ad celebrationem misse reuertitur et tacite
est. Totum autem diei officium sub breuissimarum uesperarum com
pendio terminatur. Neophyti ad diuinum officium in
consueto tedio afficiantur. In tota septimana pa
schali. celebris et solempnis est. cuius finis in sabbato
in albis terminatur. quando alleluia duplicatur. Significat enim
futuram sanctorum gloriam. Item in quadruplica stola que
locum retribuunt. de quibus dicitur in apocalypsi. ¶ Am
bulabunt in albis quoniam digni sunt.

Pentecostes fuit festum solempne apud hebreos. nec
est modernum tempore quo ad nos. Et est dies .l.
quo ad pascha. Dicitur enim quia instituitur .l.o die quo cele
brauerunt in Aegypto ueneruntque ad montem syna
i. et legem susceperunt ut patet exodi .l.li. c. 19. Ita
quinquagesimo die apostolis, . . . tunc est spiritus sanctus a
postolis in linguis igneis ut fierent cerne tor
gue sermonis. et feruidi in amore caritatis. Dicitur autem
pentecostes a penta quod est .v. et costes quod est .x. quia
quinque decades dierum a pascha usque ad pentecosten con
currunt. et distinguitur per .vii. septimanas propter septifor
mem gratiam que in aduentu spiritus sancti credentibus est collata.
Tempus autem circa pentecosten est tempus milicie et strenuitatis.
Tunc enim noui tyrones milicie cingulo seu gladio
accinguntur. Et est tempus nuditatis et sterilitatis. Sole
enim consistente in signo cancri tunc tempus forte calefaciente
humorum super siccitatem et laboratum. et sic in duos
nuditatem per superinductionem sterilitatem. ¶ Tempus letitie
et iocunditatis. quia tunc aues et alia in mariis amore
uiuunt. ¶ Tempus uiroris et amenitatis. Tunc enim per
campos herbe uirent. Arbores et silue tunc frondent.
¶ Tempus odoris et suauitatis. ista florent ortorum.
nemorum et pratorum. Suam redolentiam undique fun
dunt. ¶ Tempus dulcoris et saporositatis. ista ca
lor celestis tunc temporis humiditatem in floribus digerit

et in dulcedinem alterat et conuertit. Et ideo tempus est melli
ficationis congruum. propter quod apes semper tunc frequentant
arbores et herbas. ut dicit Augustinus. Quia sage puri et dul
cis est mel estiuo tempore quam autumnali. quod quia acquiritur tempore au
tumnali. ¶ Tempus maturitatis. In calidis enim regi
onibus circa tempus pentecostes illud tempus messionis. Et ideo uocatur
est in li. numerorum. tempus nouarum frugum. Quia in pen
tecosten panes ex nouis frugibus offerri precipi
ebantur. ¶ Tempus est magis pascue et satietatis. nam
tunc graminibus et herbis humidatis loca omnia pascuo
sa. Et ideo tunc equi quam alio tempore propter nouarum herba
rum humiditatem impinguantur. ¶ Tempus est audacie et
animositatis. propter calorem solarem. calida enim tunc tem
pore. cuius attenuatione circa cor tunc et audacia in ali
bus generatur. Unde et tunc regibus est magis consuetum. ut
tunc iubeant mouere prelia contra hostes.

Scenophegia festiuitas fuit hebreorum.
que tabernaculorum festo dicitur. que celebratur
in memoriam expeditionis. quando recedentes de Aegyp
to in tabernaculis morabantur. ut dicitur exodi. Unde sceno
phegia dicitur a sceno. grece. quod latine dicitur tabernacu
lum. Hec solempnitas septimo mense in septembri celebratur.
quando collatis frugibus de omnibus decimas deo obtulerunt.
et letitie ac gaudio tunc specialiter uacauerunt. frondi
bus et ramis domos suas ornauerunt. Fructus arborum
pulcherrime. i. poma cedri in manibus portauerunt.
In decimo autem die eiusdem mensis expleto festiuo eodem die
celebrabant. s. Expiationis. ista eodem die summus
pontifex intrauit cum sanguine uituli rufe et
expiauit sancta sanctorum. Et ideo dies expiationis. eodem
die ieiunauit populus propter peccatum uituli in deserto. Et
ideo uocatur dies propitiationis. quia tali auditu
uel diuinum esse placatum fuisse. et propitiatum se tali
gressione uituli in deserto.

Encenia est noui templi dedicatio. Cenon
enim grece nouum dicitur latine. Hec solempnita
tes inter diuersis temporibus celebrabatur. Quia quotiens diuersis
temporibus uel nouum templum uel edificatum de no
uo reparabatur. sicut machabei legitur templum dedicasse
et renouasse. i. mach. 4. Dedicationis et fe
stum tercium est. Cum enim ecclesia episcopus consecrat. aqua
benedicta ecclesiam aspergit. Alfabetum dicitur uniuersale
per pauimentum scribit. parietes signat cruce et illuminat.
et linit. chrismate et thymiamate per .v. partes altaris
consecrat. Reliquias recondit. altaria consecrat et uestit.
Et immunitates et priuilegia impendere consueuit.

Completo Explic. lib. 9. Incip
tractatu de proprietatibus temporis et decimus.
quenter autem agendum est de materia et forma et de ele-
mentis. de elementis. 8. et corporibus quae ex elementis mixtis componuntur.
Sunt autem materia et forma omnium rerum corporalium principia. ut dicitur in libro de
unitate. materia quidem et forma principiorum. Nam a deo est quaecumque res de
secundo. et est materia causa unitatis et eius diversitatis. ut dicitur ibidem.
Materia autem quanto est magis subtilior et sublimior tanto est
ad susceptionem eius habilior. Quanto vero est grossior tanto
ad susceptionem impressionum formalium est debilior. ut
dicitur in libro de v. substantiis. Et hoc habet proprium materia. sicut idem
dicit. quod suscipit formam. et non suscipit. retinet principium
autem distinctionis. divisionis. et alterationis in rebus
generalibus et seminalibus est materia ut dicitur. 7. methaphisice.
quia generans non differt a generato. nisi per materiam. Et ideo non est genera-
tio rerum sine materia. quae est substantia generans et generatum ipsa et non.
ut in divinis et materia est causa individuationis rerum. dicit
enim Aristoteles. 3. metaphisice quod quia species et individua est
per materiam et non per formam. Item materia quae est appetit sibi formam
quo ... ut dicitur. x. metaphisice. Unde per esse sub una forma
est una materia. et sub pluribus plures. Item materia phisicorum
tamen quantitas continue in infinitum est materia. Subiectum enim con-
tinuitatis et quantitatis divisive est materia propter actionem non
potest dividi nisi per dictionem et quantitates subiecti. Item materia infinita
dicitur. Vel quia divisibilis est in infinitum. Vel quia habet ap-
petitum ad infinitas formas. Et ideo propter indeterminationem suorum
appetituum et inclinationum ad formas infinitas
dicitur infinita. et non quia eius natura sit infinita non limitata. sed
nec certata. sicut ut est dictum. Et ideo dicitur plo que materia est eius
infinitum. non forma finitatem eius. Et ideo corpora quae multum
habent de materia et parum de forma. crescit multum. ut patet in
arboribus. Et ideo parum habent sensibilitatis. quia multum
habent materiae et terrestreitatis. ut dicit Avicenna. Latet autem in materia
potentia quaedam activa. quae est forma incompleta. Et haec potentia est
omnibus duobus generantis. Unde quia ista potentia ducitur ad
actum unius formae. appetit statim esse sub forma completa.
ut ista potentia quae quiete se habet ad calidum et frigidum quando ac-
tualis est sub frigido. statim appetit esse sub calido.
Unde nulla forma corruptibilium et generabilium potest
sufficienter complere potentias activas in materia. quin semper appetat
impleri per aliam formam. Ista autem forma cum sit ibi
incompleta non potest induci nisi per corruptionem formae
praecedentis. Sicut enim ergo quod dicunt agentis in ista cor-
ruptione praecedentis. sic excitant formas activas.
ad formam complendam. et trahit eam paulatim completam esse.
donec fiat sub esse completissimo illius formae. Unde

et multas alias proprietates habet materia. quas scitu esset satis te-
diosum. Quaere tamen supra. li. 8. de bonitate mundi.
Ex iam recitatis proprietatibus materiae.
Elucent proprietates ipsius formae quas dat Ar. in libro de v. sub-
stantiis est quae lumen unicuique pulchritudinem omnem et sig-
nificationem tribuens. Forma autem lumen materiae infusum. deserente eo fit
debile et obscurum propter materiae corporeitatem. Est autem forma
dicta quae differt ad aliquid ut dicit idem. Forma autem alia est
essentialis. alia accidentalis. Essentialis forma est quae adve-
niens materiae perficit eam. et secum ei convenit ad rei aliquae
perfectionem. Unde in phisicis dicitur. Forma enim materiae est causa omnium
accidentium. Forma autem accidentalis non perficit rem. sed facit eam
sicut dicitur. 8. methaphisice. Et quibus forma accidentalis in-
diget forma substantiali quae est causa formae accidentalis. Forma
vero omnis simplicior et actualior ac nobilior
materia. Ideo dicit Aristoteles in libro de aliquibus. forma se habet per modum lucis.
quia potest informare multas materias. sicut lux potest face-
re multas species. Unde per exigentiam formae quae est in pri-
ma materia minus disposita et parata. Quae si de materia
terrae dicitur igitur. minus ut terra subtilius et depurius.
et simplicior fiat. Si vero econverso est econverso. Forma est materia
manifestior. sicut enim potest sensu videri materia in substantiali
vel accidentali forma. non per viam privationis. sicut in de
tenebra videndo non. et sicut in silentium non audi-
endo sonum. ut dicit Galaadus. pla. et com. Et primo
in methaphisice dicitur. materia est causa quae manifestat.
Unde non est conversio. et etiam non agnoscitur quid sit materia. quia numquam sine
forma. sed etiam potest videri forma non cum materia actu sit coniunc-
ta. Vel vero plus est de forma. vel minus est de materia. sicut dicitur 7.
methaphisice et econverso. nisi plus est de materia minus est in de forma.
et est res magis grossa et impura. magis ignobilis et
obscura. Quanto a nobilitate formae amplius
est remota. Forma autem alia spiritualis. alia corporalis. Cor-
poralis vero. alia caelestis. alia elementaris. Forma
autem caelestis est tota activa. quae complet totum appetitum
materiae suae. Ideo propter plenitudinem suae formae complentis to-
taliter et perficientis caelestem materiam. substantia caeli non
potest destrui vel corrumpi. sed habet potentiam per formam suam
quae in suo actu perfectissima est in esse perpetuo conservari.
Forma autem elementaris non potest complere totam materiam propter impotentiam
suae materiae. nec eius perficere appetitum. Et ideo relinquitur
illius potentiae materialis ad incompletum. propter quod semper appe-
tit novam formam. Et ideo talia corpora sunt semper corrup-
tibilia. quo ad potentiam et semper quo ad actum. Quan-
to enim forma est nobilior et a grossioribus materiae separata
magis et abstracta. tanto est actualior et virtuo-

forme. ut patet in intelligentiis. quare situm non dependet a materia. sicut dicit in iii. de anima. In hominibus materia non est intellectus. Verumptamen angelos non habere istiusmodi formam materiam non affirmo. sed siue angelorum essentia sit ex spirituali materia et forma composita. siue non. hoc perito relinquo qui eorum substantiam [illegible] spiritualissima est. et actualissima. Sic forma spiritualis actualior est quam corporalis. Ideo minus nobilis est forma animalium mixtorum. Nobilior uero forma elementorum. Nobilissima autem forma corporis quinti scilicet celi. Sed omnes istas formas corporales incomparabiliter in nobilitate et actualitate spiritualis forma siue sit in angelo siue in anima precellit. Et hec de proprietatibus forme et materie pro ut ad hoc opusculum pertinent ad presens sufficiant. Amen.

Elementum secundum Constantinum est simpla et minima corporis particula. Minima autem dicitur quo ad nos. quia sensu non percipitur. Est enim minima et ultima in corporis resolutione. sicut est prima in compositione. Dicitur autem simpla non quia simpliciter sit elementum id est sine compositione aliqua. sed quia non habet aliquas partes contrarias specie et numero differentes. sicut aliqua corpora mixta et metallica. quorum partes differunt. Pars enim quedam est aer. quedam terra. et sic de aliis. Sed quelibet pars ignis est ignis. et sic de ceteris. Dicitur autem elementum secundum Ysidorum quasi ylementum ab ylen. eo quod omnium corporum sit materia. et quasi primitiuum fundamentum. Et secundum alios dicitur quasi eleuamentum eo quod omnia corpora aliud elementaribus qualitatibus et augmentantur. Sunt autem quatuor elementares qualitates. quarum due sunt actiue scilicet caliditas et frigiditas. et due passiue scilicet siccitas et humiditas. Quarum generatio et diuersitas supra in iiii. libro plenius describuntur. Quatuor in istis qualitatibus elementa. Contrarietas et repugnantia est inter que ad inuicem agunt et patiuntur. generantur et corrumpuntur. Quadam tamen est ad inuicem conuenientia per influentiam uirtutis celi et planetarum uirtute colligantur in unius federibus. et ad concordiam reducuntur. Et ideo quodam miraculo nature nexu coniunguntur. Et ideo ignis et aer conueniunt in caliditate. quamuis discrepent in siccitate et humiditate. Aer uero et aqua conueniunt in humiditate. sed discordant in [illegible]. Sed aqua et terra conueniunt in frigiditate. sed discordant in humido et sicco. Ignis autem et terra que sunt elementa summe distantia per situm. conueniunt tamen in siccitate. quia terra frigida est et sicca. et ignis calidus et siccus. Ignis uero [illegible] aliud calidum est et [illegible]. Ex istis quatuor elementis duo sunt nobiliora et puriora subtiliora et leuiora. scilicet aer et ignis. Et ideo ascendendo ad circumferentiam habent motum. et naturaliter mouentur sursum. Et ista duo consimilem habent nobilitatem suam quo ad uirtutem operationis et sublimitatis ex uicinitate orbis siue celestis corporis a quo recipiunt influentiam nobilitatis et uirtutis. Ista uero celestis potius influit sicut patet in igne. et per ignem sicut patet in aere. Et ideo hec duo elementa sunt ceteris sublimiora quo ad situm. Nobiliora quo ad motum. Puriora et subtiliora quo ad substantiam. Clariora et magis perspicua quo ad formam. Virtuosiora quo ad actum. Duo uero elementa sunt inferiora. scilicet aqua et terra. Ceteris duobus naturaliter grauiora. motum descendentia ad centrum deorsum habentia per aggregationem partium et compactionem spissa et obtusa. Et ideo propter ceteris duobus sunt grossiora et [illegible] plus habentia de materia quam de forma. Unde propter summam elongationem a supremi orbis uirtute motiue celi non sunt ita obedientia sicut duo primi. Nunquam tamen sunt elementa otiosa. Immo in agendo et patiendo sunt continua. Unde nunquam quiescunt a generatione et a motu. [illegible] quia tamen quiete aut cessatione recipiunt ab effectu. Et sicut non sunt otiosa actu. sic non sunt uacua ab ornatu. Nam quodlibet elementum habet ornatum suum. Ignis. sydera. Aer uolatilia. Aqua natatilia. Terra gressibilia. ut dicit Beda. De quibus aliqua auxiliante deo sunt dicenda.

Est autem humida. mollis. rotunda. pura et lucida. terre
irrigativa. seminum et germinum humectativa.
aeris purgativa. Et cum sit mollissima in se. tamen ex fre
quenti casu est lapidis penetrativa.

10 Pruina est vapor congelatus. ut dicit Aristoteles. Fit enim im
presso [?] generatur ex vapore frigido et humido non congrega
to in corpus nubis. in medio interstitio aeris con
gelato propter frigiditatem loci et temporis. in quibus non est aliqua
virtus caliditatis. ut dicit Aristoteles. Unde dicit pruine acci
dere diuturnitatem ex frigore loci in quo generatur. quia frig
ditas vaporis propter aggregationem eius constringit. et sic pruine
substantiam durum reddit. Ex nimia autem frigiditate steri
litat. et herbas et flores super quas cadit. mirabiliter ad
urit et exurit. Ad modicum solis calorem evanescit
et in rorem redit. Quia pruina nichil aliud est quam
ros congelatus. ut dicit Beda. Nam ros descendens ad terre
superficiem naturalis speciem album durum et firmum recipit
et sic in pruine substantiam naturaliter convertitur. ut dicit idem.

11 Grando est stilla pluvie
frigoris et venti vigore in aere congelata. ut
dicit Aristoteles. Est enim in ipso generatur ex vapore frigido
et humido a frigore fugato ad interiores nubis par
tes [?] proximum calidi circumstantis. Generatur autem grando in nubi
bus aquosis longinquis [?]. ut dicit idem. Et cum generationis est vapor
in concavitatibus nubis receptus. qui ex frigiditate aeris
constringitur. Nam propter frigiditatem et humiditatem fugientes
calorem aeris in se recipiunt in interioribus nubis. et
ibi invenientes vapores propter eos aggregant. et in
substantiam grandinis coagulant et congelant. Et ideo in estate
frequentius fit quam in hyeme. Vehementer autem calor gran
dinem grandinis precedit. non dissolvendo vapores. eius
propter aggregationem partes non permittit. Sed minus fri
gus in hyeme. quia tunc non est caliditas in aere. quam
fugiens se recipiat in interiora nubis. Grando autem ro
tunda et pura descendit ex superioris locis ut dicit
Aristoteles. Causatur autem eius puritas et rotunditas ex moti
bus eius in aere longo tempore. Unde ex revolutione eius diminu
tio angularitatis [?]. et ex aeris calore propter eius aquas undi
que minoratur. In grandine in locis variis [?] con
gelatis [?] aeris [?] ex eius [?]. Grando itaque cum
impetu magno vento ipsum impellente et calore dimi
nuente terram petit et percutit. et per eius superficiem ad
modum salis se diffundit. Segetes. fructus. flores ledit
multum. Frequentius per diem quam per noctem descendit. Cuius
ratio est quia calor diurnus fugat frigus ad interiora
nubis. Et licet [?] separatum frigus et licet rorem
ab aere descendentem congelat et constringit. et in substantiam
grandinis coagulat et convertit. ut dicit Beda.

12 Ros est impresso generatur ex vapore frigido et

et humido in infima parte inferioris. congelato in corpore nubis a mediocri frigido respectu pruine propter admixtionem caliditatis imperfecte. quia caliditas in eis subtilis et non stabilis devicta a frigiditate existente et aug- facte eius substantiam et mollificatam recipiens albedinem in colore. propter mediocritatem frigoris solum atque propter exspirationem et dispersionem partium nubis. et propter frigoris debilitatem a calore frigiditas in partes latas ad similitudinem fracte teste a debili virtute frangentis. Unde dicit Aristoteles. Nix generatur in nube frigida. et non tamen frigida est quam illa in qua grando congelatur. Et hoc attestatur mollities nimia. quia caliditas admixta nubibus prohibet inspissationem eius et vehementem aggregationem. Nix ergo quam aqua est durior et siccior ex frigore constringente. grandine vero mollior est ex admixtione caloris in ventre nubis. Albedinem autem ex frigiditate et eius siccitate contrahit. Ad modicum calorem nix in aquam resolvitur. et cum adurentia quam albedine de facili immutatur. Ex motu eius terra humida impinguatur. Unde nix herbas malas et silvestres mortificat et annullat. bonas vero nutrit et impinguat. Nix quasi sui presentia loca fertilia et amara et sterilia tegit et occultat. Vias et semitas per sui diffusionem tegens. itinerantes impedit et decipit. In alto mari nives nunquam cadere beda asserit. et affirmat. Cuius ratio est quia maris fumositates convenientes et vel exaltantes. vel aventis [illegible] flatibus dispergit. vel antequam possit congregari in nivem vel pluviam resolvuntur ut nebulam. Item feris et animalibus nocumentum prestat. quia eorum vestigia prodit et vestigia manifestat. Unde sub nive fere a venatoribus de facili capiuntur. Item loca alta et montuosa nix frequentat. et diutius in montibus quam in vallibus invalescit. Inferiores valles quam montibus calidiores propter maiorem aggregationem et confractionem radiorum. Et ideo nives in montibus plus habundant. Item nix in caloris resoluta. terram imbuit et remollit. et fecundat. quia ante resolutionem semina sue coadunationis in sua superficie fovet et calefacit. ut dicit gregorius. Item nix propter sue substantie mollitiem et levitatem in suo descensu strepitum vel sonum facere non generat. immo insensibiliter de occulto aeris descendit. mollities suaviter superficiei terre se applicat et equaliter se campanis [illegible]. Item nix candore suo et pulcritudine ad sui aspectum oculos intuentium provocat. Sed si nimis diu aspiciatur. spiritus visibiles disgregat et immutat. Item aqua nivea potentiali et actuali frigiditate sua fluxum ventris reprimit et constringit. Sed nervos punit. et calidos et opilat. Superfluitatem menstruosam vel fumosam continentie cum bibentibus generat in membris stupidam et qui dolentia cito reddit. Lapidem in vesica cito gignit. et fetum ydropisim generat. provocat et nutrit. ut dicit Constantinus.

Nebula est impressio facta ex resolutione nubium resolutarum in aquam pluvialem ut dicit Aristoteles. Vapor enim eis sic resolutus dispersus per singulas aeris particulas ac diffusam in nebulam gignitur et inducitur. Et quanto est terre vicinior. tanto est spissior et obscurior et frigidior invenitur. Quando vero elevatur. magis est soli propinqua. et ideo minus est frigida et obscura. 13

Quando autem nebula a sole attracta totaliter sursum movetur in naturam redit nubis. Et ideo pluvias facere est significativa. Quando vero totaliter a radiis solis repercussa deorsum cadit et in suam redit originem. deficit et evanescit. Unde purgato aere futuram presagit serenitatem. Est autem aliquando corrupta ex vaporibus ex quibus generatur. et tunc multum est nociva. florum et germinum et viventium est corruptiva. et diversarum infirmitatum aliquibus inductiva. Latronibus et piratis est amica. quia insidiarum ipsorum est occultativa. Itinerantium et peregrinantium impeditiva. quia in magna nebula et obscura. via est incognita. et inter radios solis et aliarum stellarum est interceptiva. et ideo navigantibus est gravis et periculosa. ut dicit beda. Quia dum nebule obscuritas maris superficiem occupat. quo debeat navis vertere ventorum ambiguitate aut ignorantie gubernaculum.

Impressionum que generantur in aere ex vapore duplici. ¶ Prima est tonitruum. quod est impressio generata in aquea nube propter calidi vaporis et sicci agitationem huc et illuc fugientis suum contrarium ab omni parte circumstantis interius et exterius inflammati extinguentis tandemque in nubes. et rumpentis eam. ut dicit Aristoteles. Vel generatur tonitruus ex collisione nubium secundum philosophum. quando ventis contrariis agitate nubes ad invicem colliduntur. et ex mutua concussione ad invicem et violenta confricatione fit concussio in aere et strepitus. qui strepitus est ab antiquis tonitruus nominatur. Dicitur autem tonitruus vel tonitruum a terrore eo quod sonus eius terreat audientes. ut dicit ysidorus. nam tonus idem est quod sonus. quia interdum tam graviter concutit omnia. ut celum discindi videatur. quia cum procella vehementissimi venti nubibus repente se immisit turbine invalescente exitumque querente. 14

[illegible]

nubem excutiat et confringit et impetu magno iacitur
et dividit partes nubis. ac sic horrendo fragore
ad aures venit. Quod mirum nullus dicat. cum vesica
quaedam sic parva tam magnum sonum compulsa emittat et emit-
tat. cum tonitruo vero simul fulgur emittitur. sed celeri-
us fulgur quia clarum est. Tonitruus autem tardius perve-
nit ad aures. quia subtilior est sensus visus quam auditus.
Et ideo prius videtur lucem fulgoris lumen quod procedit quam au-
diat sonitum sequentem. Sicut prius videt ictum hominis ar-
borem incidentis. quam audiat ipsum sonum. Hucusque
ysidorus. Et ista ratio ysidori et concordat cum
philosopho dicente. Tonitruus est impetus ventorum in
sinu nubium receptus. qui virtute nobilitatis
suae qualibet parte nubis interrupta et strepitum et fra-
gorem tonitrui involvit. Unde subditur. Tonitruum
est spirituum aeris secundum contentum sonus. Secundum aristotelem autem
in ii. metheororum. tonitruum nichil aliud est quam extinctio
ignis in nube. vapor enim elevatur a calore aeris inflamma-
tus in nube aquosa incipitur subito extingui-
tur. et ex tali extinctione strepitus tonitrui generatur.
Sicut quando aqua extinguit ferrum ignitum fit sonitus ac
stridor. Descendit autem tonitruus saepe cum fulmine.
et tunc magis laedit. Unde obest fructibus cum advenit
cum coruscatione et fulmine sine pluvia. Cum vero acce-
dit cum pluvia. prodest. ut dicit idem. Tonitruum igitur
motu suo omnia concutit. Cerebrum commovet. Ani-
mum terret. Vinum in doliis pertrahit. commovet et cor-
rumpit. ut dicit aristoteles. Si venerit in hora incubationis. avi-
um ova laedit. Mulieres parturientes saepe abor-
tire facit. aliquando concutit saepe impetu suo. et deici-
at arbores altas. destruit radicitus et evellit.
Et sic evenit in locis altis quam in humilibus et domus
sublimes laedere consuevit. ut dicit beda. Infructuosum et quasi du-
bitabilem sonitum facit. Itaque ipse strepitus vehe-
menter exprimit quodam modo et ostendit. ut dicit ...
Et talis circularis sonitus accidit forsan ex concavi-
tate nubium in quibus vapor suum motum quando causa est to-
nitrui sic agitatur. quia nec deorsum. nec sursum. nec re-
cto per continuitatem nubium commovet.

14 Coruscatio vero ut dicitur comprehendit
fulgur et fulmen. et proprie dicitur coruscatio. sed
proprie tamen coruscatio est apparitio subita vaporis sub-
tilis inflammati evanescentis in aere sine descensu ad ter-
ram. Fulgur vero sive fulguratio est ignis subtilis grossior
tamen coruscatione ad terram descendens. qui penetrat sub-
tilia et res molles. sicut ponit plinius. ut dicitur in ii. physice

Aligned.

Fulmen vero est vapor igneus
qui praecipue solidis impetuose cadens. et maioris vis
quam sit fulgur. penetrat enim quae tangit. perimit sine liquefactione di-
vidit et scindit. et nichil corpule(?) cui resistit. Et per hoc
dicitur quod fulguratio idem est quod ferire. quia sicut dicit idem ex
subtilioribus partibus elementorum compositum. ex quibus maior
vis penetrandi relinquitur. Et ideo iter caelestis iacu-
li ab ipso nuncupatur. Generatur autem ex vapore grosso com-
posito ex sursum et diversis elevato et vehementi ca-
lore ignito et inflammato. quod collisione ventorum et
attritu nubium impellitur. et quasi lapis ignem de concavi-
tate nubium deorsum per violentiam ad modum iaculi
commovet. Unde fulmina collisa et ad modum lapidis
fulgida vi inflammationis disiunctae discendunt. Et
quamvis ignea sint ut naturaliter tamen per violentiam motus contra naturam i-
gnis infimus descendentem compellitur. ut dicit beda. Insuo autem de-
scensu incendit et urit. Et ideo dicitur fulgur. ut dicit ysidorus.
Penetrat et scindit et tunc dicitur fulmen. ut dicit idem. Ubi autem
ruit. saevum fumum et fetorem pessimum gignit. Cadunt
frequenter in forti aestate. aut in forti hyeme raro fi-
unt fulgura. Quia in hyeme propter frigus vapor
in aere non ignitur. in aestate vero propter siccitatem et subtilita-
tem aeris non fit aggregatio vaporis in nubibus. Sed in au-
tumpno est aer mollis et mixtus. et ideo tunc saepius fulgu-
ratur. sicut dicit idem. Fulminum genera plura traduntur.
est clarum quod sicca veniunt. non adurunt. sed dissipant.
Quae humida. non urunt. sed infuscant. Tertium est quod
calore nocet comminuens. per quod vinum exhaurit in
tactis vasis. Aurum et argentum liquat. sacculi non
combustis. Quomodo autem coruscatio fit et unum praecipiat
diversi diversimode tradiderunt. Quidam enim empedo-
cles quod coruscatio est ignis occultatus in nubibus ex ra-
diis solis. Sed hoc dicit aristoteles esse falsum. Quia si hoc esset.
ex omni nube coruscatio accideret. quia in omni nube
radii solares occultantur. Anaxagoras autem di-
xit. quod coruscatio est ethere descendente in nubes
vel ad nubem. et se in ea occultationem. cuius apparitio
est coruscatio. Et quando ille ignis extinguitur in nubi-
bus aquosis. stridor illius extinctionis vocatur tonitru-
um. Alii dixerunt coruscationem causari ex ca-
lidis ventis et siccis in nubibus compressis. qui ibi in-
flantur et aduruntur. et ignis in eis egrediens est corru-
scatio. Cuius splendor prius pervenit ad visum quam so-
nus ad auditum. Alii dixerunt coruscationem
non esse per ignem sed per aquae splendentis ymaginationem.
quae per stellas de nocte illustratur in nubibus videtur.

Sed dicit aristoteles quod primo iste error est quod coruscatio ante videtur sub nubibus licet sit de nocte videtur. Aer et vapor aggregatur in nubibus et corpus vehementi collisione accenditur ignis et fit in coruscatione. Et quia hec aliquando preter tonitruum, eius grauitate inclusus. Et quia illa coruscatio est vehementius subtilitatis et vehementius illuminationis et combustionis, ideo apparet alba. ideo corrumpit ad quod peruenit ut dicitur in meteoris. Hinc ait aristoteles in 2 li. metheororum. coruscationis itaque motus subitus est et impetuosus. Subito enim apparet in oriente et in occidente subito fuit et ostenditur. et subito extinguitur. de natura enim sua ut dicit. quod in ictu oculi exit et inde subito redit. sua origine non relinquit. ex sua subita apparitione aspectum intuentium exterrit. eius incautus. per totum orbem se corporibus et corporibus et domum eius subtiliter diffusus. sicut tonitruum precursor et sicut ad videndum annuntiat si pluuiam futuram commutat et cessat. Si vero pluuia cum venerit tenellis frondibus et floribus nociuus est ut dicitur etc.

IA Aer est aer leuis motus et agitur. elementalibus corporibus generationi. aer est naturalibus plenus calore. quod quanto est purior tanto delectabilior et suauior est. Aer non si mutet ad qualitates corporis non exercet. nigrior vtimur hominis et egrotat. et pestilentie et corruptionis in medicina est reductiua. Est autem pestilentia aeris corruptio generatiua et pluuiarum dispositio que ut venis hominum attingere ut dicit ysidorus. Et dicitur pestilentia quasi pestulentia. quia totum mutat hominis per ambulans et depascens. sicut corruptio aquis et pluuiis in aere. quibus spiritus et exterior pulmonis corrumpuntur in diuersas passionibus necessario lacessunt. ut patet et in eodem libro in de spiritibus aeris est. Sed hec iam sufficiant.

Expedito Explicit liber xi. Incipit xii. de auibus et generalibus de tractatu de ornatibus aeris et eorum qui in aere gignuntur. in speciali. aliquid de hiis que pertinent ad eius decentiam et ornatum. ut in ipsis sicut in celis creaturis magnalia extollamus. Ad ornatum autem aeris pertinent aues et volatilia. ut dicit seneca. Et ideo aliqua pauca adiuuante domino clericis sunt debilis hoc opusculo inserenda. non quod de omnibus sed solum de auibus et volatilibus de quibus fit mentio in textu biblie ut in glosa. Est ergo ad generalem dicendum similiter et

ij per ordinem alphabeti. Aues itaque quando dicuntur. i. sine via sunt dicte ut dicit ysidorus. eo quod tapiter viam non sequantur et aere dilatare consuluere. Aues enim motu et agitatione alarum diuidunt aerem et scindunt. Sed statim post volatum aere se claudente nullum signum sui transitus relinquunt. Dicuntur autem volucres quia volitant alis. ut dicit ysidorus. propter quod et alites quasi alatores. i. alis se leuantes appellantur nominantur. Sunt autem aliis enim non volantes sunt quarum ponderositas de terra in aere se non leuantur. Vt autem ideo dicitur ab alendo. quia ab illo qui pascit volatilia celi et escam dat earum nutrimentum. ut dicit ysidorus. Auibus autem et auis conueniunt et conuenientibus tenent natura. Est autem tamen proprie communis sibi et complexionis. sicut aer dicitur inter summe graue et summe leue intermedius animal sibi est communis. sicut in earum compositione aer et aqua potissime dominantur. Et ideo quia in hiis preualent et plus aerem tenentibus quam grossibilia vel aquatilia. leuitate sue substantie faciunt super aerem. ut dicit ysidorus. Aer enim dilatatus inter pennarum concauitates aues leuigat. et ut leuius ferantur sursum. ipsarum dispositione et habilitate ac iuuat. Vnde quanto volucres plus habent pennas strictas et minus carnis. tanto facilius se sursum leuant. ut patet in auibus predatoribus quarum ex natura aues et auem cernentibus altissime se volat et valde acuta nisi. et magis aiostratus. ut dicit aristoteles li. 12. Quia est conditum est conditio volucres tenent gignan. Hinc enim aues sibi in statu non leges societatis cum uniuntur mouentur et ad suum genus multiplicantur. et sicut speciem per generationis actum suum ordinem continuantur. sicut dicit ab. aristoteles li. 6. Omnes igitur aues cum pullificare fuerint oua quas in ouis non possit videri propter paruitatem. Est autem prima pars generationis pulli ab albedine. et albumine eius ante vitello. Et post. x. dies generationis pulli complebuntur et omnes partes eius. ita quod omnes partes distincte et manifeste. et habent tunc caput maius toto corpore. Et si tunc frangeret ouum testam. inueniret caput inclinatum super crus dextrum. et alam expansam super caput. Completa autem generatione et singulorum partium membrorum lumine rupiet testam. aliquid in die. 19. aliquid in 20. ut patet in gallinis. et exeunt pulli iam completi et viuificati. Et aliquando inter gemellos vnus est maior alter iam completus et viuificatus minor. Et multotiens monstruosior. sicut dicit idem. li. 6. Inter quod omnia animalia in generationis ordine volucres seruant naturam maritalem honestatem. sicut patet ordine naturalis matres

socias cum sollicitudine querit. iuvenes diligit pro ipsis pu-
gnat. et sollicitudine eas qui coniugali amoris federe
se coniungunt. Sed hec ab ipsis primo solicitudo inve-
nitur et provenit. Unde in istis inter sexum iudicat et discer-
nitur. exceptis in quibus dignatur ut perdix secundum Aristotelem cuius
de perdicibus quod obliviscuntur sexum. Unde dicitur conculcatur
frequenter in masculum et femina in feminam. Et ex tali co-
itu fiunt ova venti. et feminae ex tali coitu mal-
fiunt. Sed dicit de solum masculo. Quando igitur femina
est non potest coire sed solummodo conculcatur et calefit se-
masculum. Ut hoc fiat quod conculcat etc. [Co]lum-
nantur autem aves in generando tempus conveniunt. Alia tempore
hiemali quando instat tempus generationis aves novas ferunt.
mares feminas sibi associant. nutibus et vocibus
ad amorem mutuum se invitant. nidificant. o-
vant. pullificant. generatos pullos nutriunt et edu-
cant. Sed completo generationis officio tamen cessant ab
invicem se separant. et usque ad tempus generationis tempus
iterum non appropinquant. [A]ttendendum autem quod ad
habitationem. Sunt enim quedam volatilia que hominum mansi-
onem diligunt frequentant et habitationem. sicut galline et an-
seres. passeres. columbe. ciconie et hirundines.
[Q]uedam vero omnino abhorrent. fugiunt et timent
hominum cohabitationem. Sicut aves silvestres montuose. et
fluviales seu palustres. Quia secundum varias ex-
igentias. varia querunt habitacula. et diversas sibi ven-
dicant mansiones. Alia que non se magis sunt [illegible] et hiemant
paludes et flumina frequentant propter necessitatem ni-
dificandi pullificandi et fetuum educandorum. ut
mergi. anates. et cigni. in quibus ingeniata est
natura ut dicit Aristoteles. ut pedes haberent latos clausos
et divisos. propter natandi necessitatem. Ex pedum lati-
tudine. ut aquas prensius pellerent. et pellas
retro aquas quasi remigando in [illegible] se extendunt.
Caudas quoque habent breves ne in natando cauda made-
facta pondere impedimentum sentiant. Rostrum habent
latum. ut gramina et radices accipiant aptius et lacerent.
Colla longa. ut victum de profundo facilius attrahant.
et acquirant. [V]olatilia vero que siccioris et calidioris
sunt nature montuosa et rupium cacumina inhabitant et
frequentant. ut omnes aves que de preda sunt viventes. sicut
sunt aquile et accipitres et consimiles. quibus dedit natura
ut dicit Aristoteles ungues curvos et pedes fortes et rostrum
curvum et acutum. ut fortius predam retineant. et carnes
facilius lacerent. Propter hoc autem hee aves modicas car-
nes. et multum plume. et sunt magis [illegible]

sic sunt magis velocioris. et volatus fortioris.
ut dicit Aristoteles. Caudam insuper habent subtilem. longam et
tenuem. quia in volando se regunt. sicut gubernaculo
regitur navis. Sunt tales aves secundum Aristotelem [illegible] possessionem
solitudinem diligunt. et cum aliquo societatem habere non
possunt. volucres vero [illegible] ad predandum
compellunt. [illegible]
ut dicit Aristoteles. Hec et alie aves rapiunt [illegible]
[illegible] [Q]uedam rapiunt predam in
aere volando. et nunquam aliquam predam invadunt super
terram. [Q]uedam vero e contrario in terra aves rapiunt sed
in aere nunquam ledunt. Unde mansuete volucres ut co-
lumbe [illegible] avium diversitatem cognoscunt. Et ideo pro-
nes que in aere currunt ad terram fugiunt. que vero
predam terre conspiciunt in aerem subito se extollunt.
et quia in terra erant in periculo. elevantur in aerem [illegible]
ut dicit idem. [S]unt autem que aves nemorose que silvas
frequentant. et dulces arborum inhabitant solitudines. et
hee quod sunt maioris mansuetudinis. sicut sunt
[illegible] modulantes et [illegible] vocibus in
silvis et arboribus resonantes. sicut sunt merule et
filomene et huiusmodi. que tempore amoris maxime cantant
in rubis et frutectis nidificant. super ova solicite
assident. pullos suos diligunt et educant. [S]unt
et alia quedam volatilia que campestria precipue frequen-
tant. et victum de terre fructibus acquirunt [illegible]
et mendicant. quales sunt grues et alaude [illegible]
mestica que silvestria. Et hee aves simul vivunt cum
in terra quam in aere diligunt. Turmatim incedunt. Speciem
suam diligunt. Regem sibi statuunt. et ei obediunt. Or-
dinate volant. Et quia inter se vehementissime pugnant
et volunt se dilacerant et deplumant. Sed post pu-
gnam [illegible]
nam non [illegible] Tempestatem futuram presagio sentiunt.
et cum vident eam imminere vociferantur ac clamant.
Vigilias ordinant et invigilando voces mutant.
Hec omnia continentur [illegible] et Ambrosius di-
cit [illegible] ut dicit [illegible]
lapillum inter pedes tenent. ut si forsitan [illegible]
pro sompno. casu lapidis excitetur. Ex hoc securitatem
perdit. altissime ascendit et vociferando socias
suas querit. et quousque invenit iter ad pascua de-
scendit. Dicunt quod rex huiusmodi avium [illegible] se disponit.
et [illegible] se erigit. Caput quoque frequenter [illegible]
tens elevat et circumspicit. et si quid viderit [illegible]
vociferat et excitat alias ac premunit. [Ite]

sunt et similiter quaedam avium proprietates que variantur. ¶ Sed et quaedam que non aluntur nisi carne et sanguine, sicut omnes aves praedae, que sunt curvi rostri et acuti unguis. Quaedam comedunt omnia alia quam praedam venatam. Sed non venantur nec comedunt aves sui generis, sicut piscatores, ut dicit Aristoteles libro 8. Sed milvus aves numquam persequitur, ut dicit idem. ¶ Alia vero sunt volatilia que solum vivunt seminibus et fructibus et herbis crescentibus, ut columbe, turtures et alie que flumina que comedunt. ¶ Alia vero sunt volatilia genera que vescuntur nec carnibus nec fructibus sed diversis, ut sunt aves communis generis, sicut monedule, cornices, cornix et pice. De quibus dicit Aristoteles et Basilius: pascunt aves communis generis pullos suos in iuventute, et iuvenes pascunt parentes in senectute sua. Quod enim est admirabile, iuvenes parentes senes in suis pennis elevant et defendunt, ut dicit idem. Et in ciconiis habet naturalis pietas continuare, ut in pietatis obsequium degenerare parentibus erubescat, quia ab avibus sibi invicem impendi non ignorat, ut dicit Ambrosius. ¶ Est et variarum avium diversitas consistens in aliquibus avium proprietatibus. Quia sicut dicit Aristoteles libro 12, omnes aves in hoc conveniunt quod habent os rostrum durum et latum, quarum una est grossi et masculi. Quia habent rostrum est aptum ad scindendum cibum et diviso. Quedam vero curvum et acutum, quod est necessarium ad comedendum et ad dilacerandum carnes avium. Hoc enim habent proprium omnes aves quod sunt bipedes sicut homo. Sed in pedibus et crurium dispositione multum differunt. Quia pedes avium aquaticarum sunt fortes et lati, quia convenientes sunt natatori et praedatori. Pedes autem similiter aliarum sunt clausi et divisi, convenientes natatori. Et omnis avis longorum pedum et crurium et habet longum collum, et volat extenso collo. Et si collum fuerit gracile et debile, declinat ipsum in volando. Et est generale quod omnes volantes habent breve collum. Et habent crura etc. Omne volatile habet umbilicum quando nascitur, sed non apparet avibus. [illegible] quae continuat cum in collino propter minorem venam. ¶ Et consimiliter possunt quo ad actum et tactum pullificandi. ¶ Quaedam enim multotiens pulluficant, ut columbe que faciunt omni tempore in anno. ¶ Quaedam enim multum ovant, ut gallina. ¶ Quaedam multotiens, ut columbe. Galline autem multum ovantes ad modum, ut dicit Aristoteles libro 6. ¶ Aves autem corvorum que comedunt carnes raro ovant, quia non sunt in anno semel, praeter hirundinem, et quod sola inter comedentes carnes pullificat bis. Insuper autem aves que cum incubant ova sua non sunt, ut patet in gallina et in aquila. De qua dicit libro 6, de aquila: valde gravantur et albescunt ale eius, et velut evellantur ungues eius et debilitantur. Sunt et multe alie proprietates avium, quas prosequi longum esset. Hoc solum attendendum est quod aves inter cetera alia sunt puriores et nobiliores, motus fortiores et leviores, magis acutiores, carnis digestibiliores, sapidiores, convertibiliores et sanio res, et nidificando et pullificando sollicitudinis ampliores. Hoc autem in generali nunc dicta sufficiant. Sunt de avibus in particulari est dicendum, et primo de aquila.

Aquila velut regina inter volucres obtinet principatum. ¶ Inter omnes autem volucres aquila est maioris latitudinis, ut dicit Plinius. Sola praedam quam arripit non nimia famis aviditate sola non comedit, immo avibus eam sequentibus quae eam expectant sua eis reliquit porcione. Et ideo sequuntur aquilam alie aves solent multe. Quia inter eas praedas iacentes aliquam portionem exhibent. Sed quando praedam plus capere non suffi[ci]t, numquam cetera rete publica mittit avis sibi proximis eius et in medio ponit illam. Duos lapides preciosos nidos ponit aetites, quorum unus est masculinus, alius vero femininus, in nido suo reponit ut pullos suos custodiat a morsu serpentum et aliorum reptilium venenosorum, ut dicit Plinius. Est autem aquila ab acumine oculorum dicta, ut dicit Isidorus. Tanti enim et tam limpidi dicitur esse visus, ut cum in aere super maria immobili penna feratur, nec per nimia elevatione humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate pisces videat in mari natare. Ad instar lapidis descendens piscem rapit et sic captam praedam ad litus trahit. Est autem avis nature calide et sicce, praedatrix, et super aliarum avium vires fortis et audax. Cuius fortitudo maxime viget in alis, pedibus et rostro. Quia alas habet valde nervosas et parum carnosas, et ideo in volando patitur laborem, quia respectu magnitudinis sui corporis parum habet carnositatis et multum nervositatis. Propter quod multum habet fortitudinis et iuvamenti, et minus quam habet ponderositatis propter quod et plumam sustinet levitatis. Inter omnes volucres maxime viget in aquila visus virtus. Spiritum enim visibilem habet temperatissimum et in actu videndi acutissimum. Solem enim irreverberatis oculis in sue rote circumferentia intuetur, et per modum sui acies non obtunditur, nec claritate luminis solaris disgregatur, ut dicit Ambrosius. Dicit enim Ambrosius sic et Augustinus in libro 9 quod quando pullos aquile

quod nature aviditatem acuti visus valde et ungulibus pullos suos ungue suspensos radiis solis obicit et solem aspicere compellit. et illum antequam habeat alas completas. quod ad hoc patitur eos et immotis ad aspectum solis. et si aciem alicuius lacrimantem viderit ipsum tamquam degenerem ut nothum et ut alienum a nido expellit. Si autem directa acie solis radium viderit ipsum tamquam verum et suum filium diligit ac fovet. Quamvis autem ipsa verticitatem solis acie elevatam videat. visum tamen ad predam aspectum dirigit et inclinat. ut dicit Gregorius et Aristoteles libro 12. Alii vero ceterorum in genuino indigent natio acuto visu. quin videt cibum suum a loco remoto valde. Et propter hoc levat se aquila plus quam alia volatilia. Hec quoque in altissimis rupibus nidificat. ut locus sit munitior ab omni accursu nec ab adversario se tutam faciat et defendit. Unde secundum Gregorium in altissimis rupium verticibus stare et in praeruptis gradibus infima ista nitens ad altissima se elevat et ascendit. et dum vult capere vel predam que restat subito ima petit. Est insuper aquila difficilis cubans pullificans et pullos suos nutriens. Dicit Aristoteles libro 6. quod aquila ad plus ponit tria ova. sed tantum parit duo. quoniam graviter laborat super ea. et illud est quod illo tempore debilitatur et tamen quod non potest venari pullos aliarum avium. quia tunc incurvantur ungues sui. et albescunt ale sue. et tunc nimis gravatur in dando cibum pullis suis. Et si contingat aquilam habere tres pullos. eicit unum de nido suo propter difficultatem nutriendi. sed quedam avis que dicitur ossifraga nutrit pullos suos ejectos ab aquila. sicut dicit idem. Item dicit idem quod aquilarum diverse sunt species. et diversimode alunt et nutriunt pullos suos. Que albas habent caudas. in earum alitione plus laborant. Que vero habent nigras. minus in huiusmodi negotio se fatigant. Pullos autem suos ad volandum iam adultos de nido eicientes pullant provocantes ad volandum. et faciunt eos exire. ut audiunt eas et sequuntur in aera. ut patet. Et si forsitan pigritaverint ad eundum. percutiunt eos cum rostro. et subtrahunt eis cibum. et sic eos cogunt ad exeundum. Et postquam fuerint completi in fortitudine et in pennis. fugiunt eos ante se. et non sinunt se ullatenus plus sequi eos. Quedam tamen species aquile quam Aristoteles vocat achaeten dicit quod cogitat de pullis magno tempore. Et quando volant pulli. volat cum eis. et ducit eos ad comedendum. Et quando volunt super eos. circa illorum agunt prima ad resistendum aliis avibus si forte convenerint ad nocendum

pullis suis in aliquo seu ledendum. Hec omnia tangit Aristoteles libro 6. De aquila vero dicit ut tangit Gregorius super Iob quod quando eius pulli recenter nati ad capiendum grossiorem cibum et digerendum sunt invalidi. sanguinem et liquorem humanorum partium suarum in os suum attrahit et suggerit. et attractum sanguinem in ora pullorum vomit. et ita reficit eos cibo leviori. quousque convalescunt ad sumendum cibum fortiorem. Ad hoc dicit Augustinus et Plinius quod aquila senectutem patitur caliginem in oculis et gravitudinem in alis suis. quod contra hec incommoda instruitur a natura. ut fontem aque scaturientem querat. deinde ascendit quantum potest per aera donec ex calore aeris et labore volatus stomachus incalescat. Unde tunc ex calore poris apertis et pennis relaxatis subito descendens in fontem ruit. in mutat plumas et purgata caligine in oculis vires recipit. et restituitur. Dicitur propterea quod dicit idem. quod cum senuerit. ungues indurantur et incurvantur rostrum eius quod vix potest sumere cibum. Et contra hoc incommodum invenit remedium. quod petram sibi querit contra quam fortiter rostrum percutit et allidit. et sic deponit onus rostri. et cibum capiens restituitur viribus iuvenescit. Et sic dicit Plinius. Aquila sedendo super rupem vel arborem ipsam ad solis claritatem dirigens vel per aliud hiemis tempus. vel ungues suos inspiciens non desistit. Fel huius multum est medicinale. quia positum in collirio visum acuit. et subvenit caliginem et aliis incommodis oculorum. ut dicit Dyascorides et cetera.

Hec autem aliae proprietates minus laudabiles. Est enim avis exposita in calliditate et furia. et ideo est avida et invidiosa. quia non fortes non est nisi in corporibus magne sanitatis. ut dicit Aristoteles libro 15. Et avibus inordinatis inimica est aquila et ferventia. Vergunt cum rapit et rostro percutit capiendo. Vocem habet ululantem et aves alias terrificantem. In aspectu enim aquile et auditu tremunt omnes aves alterius speciei. quas aves predas. ut dicit Plinius. ut herodii et cetere aves in die quando audiunt aquilam vix feruntur. Et hoc forsan accidit ex timore. Aquilam enim in aere tantum sapientem timent generaliter omnes aves. minus autem illam quam rapit in aqua. quia illam non timent nisi volueris. quia movetur et consistens est in aqua tantum. Tanta autem aquila multum regnat a nobilitate illarum aquilarum quas in aere vel in terra capiunt predam suam. timent eam vulturer. Unde dicit Aristoteles libro 6. convenit per mare et iuxta magnos lacus. et

cadaver ex avibus preter mare quando ascendit ad aquam et si viderit milvum volantem timet. Unde fugit ad aquam que est acuta in his quia volat contra lacum. Et sic capit avis de aqua in aere ut terram, statim post eam. Si vero diu fuerit in aqua, suffocatur. Hec aquila habet unum pedem clausum ad modum pedis anserini cum quo se regit in aqua quando solet descendere per predam. Alium vero pedem habet divisum cum acutissimis unguibus quibus predam rapit. Habet autem pennam aquilinam que cum laniatur contra suam similem, ut dicit Plinius. Dicitur enim quod penna aquile posita in aliarum avium plumas corrumpit et consumit eas. Sicut corde de intestinis luporum in viella ut in cythara posita cum cordis factis de intestinis ovium eas destruit et corrumpit, ut dicit Isidorus. Aquila autem senescente non debilitatur immo augetur, ut dicit Aristoteles libro 9. Aves autem que habent uncos ungues non est possibile quod sint cum aliquibus sociis suis, et est quia ungues habent pro mucronibus, et ideo quando sedent super lapides retrahunt eos et quasi claudunt inter carnem ne eos allidant vel frangant contra lapidem. Unde dicit Aristoteles libro 9: Non sedent aves habentes uncos ungues super arbores vel lapides, quia natura unguium est contraria dualitati eorum. Est impia et crudelis filios suos quando eos videt aciem dirigere contra solem, quandoque eos reputat alienos. Et ut ad predam aliarum avium instruat eos, ideo eos expellit et a nido removet, ut dicit Plinius.

Accipiter est avis regia, que plus animo quam ungulis est armata, et quod ei natura corporis negavit, hoc virtute et audacia animi recompensat, ut dicit Ysidorus. Est autem avis, ut dicit Ysidorus, aliis avibus capiendis avida, aquarum avide appetens et prede. Accipiter enim a capiendo vocatur. Dicit Beda quod accipitres contra suos pullos sunt crudeles. Cum enim sine ipsis ad volandum aptos viderit, et procul eos a nidis expellit, et more aquilarum de nidis suis eiciunt, quia eos audacter comprehendunt et ad predam capiendam, ne adulti otio torpescant, et magis abundanter quam ungue cum consuescunt, ut dicit Beda, et de avibus. Sunt enim genera accipitrum. Quidam vero tantum terre sicut et aquile. Dicit Aristoteles libro 6. Primi aves volantes tantum rapiunt. Secundi vero sedentes in terra rapiunt et vadunt. Et inter hos columba distinguitur, ut de aquila dictum est. Est genus accipitris avis callida et fortis, mole corporis

non magna, pennarum plumarumque velocitate sed magnitudine cum magnanimitate spiritus. Summa enim altitudine nec in aere se elevat nec descendit in terram, que ad predam insequendam se subtrahit, sed in arbore residens in predam ruit. Pectus vero accipitris est acutissimum, mediocriter carnosum et munitum. Unde dicit Aristoteles libro 19: Quanto pectus eius magis est acutum, tanto melior est ad volandum, quia si haberet pectus multum latum, moveretur multum aeris et esset gravius. Cartilaginosum est et quasi acutum est et debile, nisi haberet cooperturam ex multis carnibus, ut dicit Isidorus. Magna autem est fortitudo in pectore, in unguibus et in rostro, quo statim penetrat praedam usque cerebrum et comedit. Eius fel medicinale est, quod cum ... colliriis commixtum visum acuit et oculorum caligines destruit et consumit. Habet autem hoc proprium accipiter, ut dicit Gregorius, quod in senectute cum sentit se pennarum ponderibus gravari, expandit alas suas contra solis radios calore fovendas, et sic recipit calorem et calore resolvente, apertis poris quibus pennas continet, alas expandit, et sic veteres penne excutiuntur et nove renascuntur. Et sic novitas pennarum ipsum callidum ad volandum aptat. Duo autem sunt genera accipitrum. Quidam enim est domesticus, et quidam silvestris. Cum domesticus est, silvestres rapit aves et in predam domino suo derelinquit. Silvester vero domesticas rapit aves. Indignativus enim natura est accipiter. Unde si predam quandoque perdit aliquo casu non accipiens, illa die ad manum domini sui non redit. Oportet autem ut accipitris dieta sic ordinetur, scilicet ne nimis tenuis nec nimis larga. Ex habundantia enim cibi impinguatur et ex insolentia aut pigrescit et ad clamatorium venire dedignatur. Si vero fuerit nimis ieiunus, tunc fit accipiter inutilis et efficitur impotens ad prendendum. Et ideo teneri debet calidum animal ac claudi et tegi, ne nimis de manu gestantis se offerat nimis avibus ad quas rapiendas anhelat et aspirat. Et ideo ... illorum pedes ... ne ... ad quam libet avem ... Solent in sinistra ... ad accipitrem ... Sunt accipitres domestici in nutritione ut ... et ... et sic in iuventute et in ... carne venenosa ut sic ... Accipitres vero ... ledi sunt, ut dicit Beda.

eorum mutationem alas et fumosis vaporibus corporis remoti-
ne eorum corda ex fumi amaritudine ledantur. et ne
plume ipsorum ex nigredine fumi inficiantur. Candi-
dis vestibus et sanguinolentis exuuntur. et solent ne-
cias tam coram avium que percipiunt. Quamdiu vivunt
et potentes sunt eas pascunt. aliquis domus diligunt
in manibus gestant. Super pertica reponunt. in pec-
tore et in sinu manibus applanant. Cum diligentia
nutriunt. Sed cum moriuntur ab omnibus tristes reppe-
riuntur. Non enim commoditatem sed potius sui alumni periculum.
p Alietus ut dicit glossa super Deuteronomium xiiii.
Avis est que falco. avis est parva audax et multum
animosa. Invadit enim aves longe se maiores. aves pedibus
et pedibus premens et iugulat. Super omnes alias ali-
etus est parvula capiens alias minutas aves. Unde di-
citur. Audacter expugnat alias aves minores. Sed
et aves minime pretermittit. alietus. Hic aliquando significat
quosdam venatores egenos. Et secundum hoc videtur quod alietus sit
ille qui nisus proprie. quod gallice dicitur muscehet. et
eadem ipse nisus.
q Apes ut dicit Ysidorus. sunt dicte eo quod sine pedibus nascan-
tur vel a eo quod pedibus alligentur se invicem
et connectuntur. Hec ut dicit Ysidorus. solertes sunt in gignendo
mellis officio. assignatas et certas proprias incolunt sedes in
nidis diversas alienas. Domicilia sua inenarra-
bili arte componunt. et ex variis floribus mirabiliter
cellas condunt. textisque ceris prole numerosa castra
replent. exercitus et regem habent. et bella movent.
Fumum fugiunt et ventum. bella movent cum
multis exercitibus. De pluribus corpus sue generis ex bovis ca-
davibus nata. Nam ad hoc huius creandas vitulorum ce-
sorum carnes contunduntur. et ex putrefacto cruore ver-
mes creantur. qui postea transeuntes alias apes efficia-
untur. sicut scrabones de equorum carnibus generantur.
ut dicit Ysidorus. Sunt autem apes ut dicit Ambrosius. mirabiles siquidem
apium proprietates et nobilitates. Nam apis com-
munem habet sobolem. unam incolunt mansionem.
Unius patrie clauduntur limine. Omnibus communis est
labor. Omnibus communis cibus. Communis operatio. Communis usus.
Communis fructus. Communis est omnibus volatus. Communis est omnibus
generatio. Integritas quoque corporis virginalis omnibus est
communis sicut et partus. quia nullo concubitu miscentur.
nec libidine resolvuntur. nec partus quatiuntur doloribus.
et filiorum maximum examen constituunt. Nam cum
alie voluerint nec in anno singulas ... sunt.
apes geminos creant. et duplica cetus fecun-

dilitate respondentur. Ipse apes regem qui dictus est ipse
quippe de ordinatione. Et licet positiones sint sub rege. ipse tamen
sunt libere. et regem qui subsistunt naturali affectu dili-
gunt et summa devotione defendunt. et pro eo perire
pulchrum putant. Regi suo tantam reverentiam exhibent
ut nulle de domibus exire audeant. nec ad aliquod
pabulum pergere. nisi rex fuerit egressus. et volatus sibi
vendicaverit principatum. Eligitur autem rex in regem et magni-
tudine et forma magis insignis. et qui in rege precipuum est
mansuetudine clarior. Nam etsi habet aculeum eo tamen
non utitur ad vindictam. Naturaliter autem apes animo sunt le-
viores. quo corpore sunt maiores. Sed et apes que non ob-
temperant regi. semetipsas condemnant. simulantque se. ut
aculei sui punctione moriantur. In apium vero examine
nulla est otiosa. Quedam enim certant quasi in bello cum
proelio contra alias apes. Alie invigilant circa victum.
Alie fumant explorant ymbres et speculantur con-
cursus. Alie ceras de floribus fingunt. Alie cel-
lulas nunc rotundas. nunc quadratas mira connexio-
ne et equalitate componunt etc. Tamen inter dulcia opera
nulla alterius laboribus insidiatur. Nulla rapina vic-
tum querit. sed proprio volatu et labore inter herbas et flo-
res quod sibi est congrua recolligit. Nutrit enim apes speci-
cula sua et inter mella fundunt venenum si ab a-
liquo fuerint lacessite. vitam suam ponunt ante
vindictam pro tuitione suorum defensione. Apis enim
quamvis infirma est robore. valida tamen est vigore sa-
pientie et virtute. Cuius favus est omnibus suavis. quia sua
virtute suis fauces oblectat. et vulneris curat. et
internis ulceribus infundit medicamentum. Provenit
omnibus quod ut et alie probantur quas ingredi dicunt ...
in illa inseruerit. Dicitur quod inter certa quod apium inter
se sunt diversimode. Quedam adducunt suis alve-
aribus quo indigent ad generationem mellis ex floribus
et floribus et herbis et paupere in quibus est glutinosi-
tas et linunt ex eo superficiem alvearis. et hec
faciunt per necessaria alia. Et si maior alvearis
fuerit nimis amplus. stricticant atrius eos. De-
inde congregant mel. et postea incipiunt facere domos in
quibus habitant reges. Deinde domos alias in quibus habitant
alie apes. alvearis asportant. et accipiunt eam
ex floribus. et congregant ipsum cum pedibus anterioribus.
Deinde mutant eam ad pedes medios. Deinde ad
coxas pedum posteriorum. et post volat cum ipsa. Et tunc
manifestius portio ... in ea. Et cum volat apis
non intendit flores diversos. nec dimittit unum

floris et uadit ad aliud. quousque inueniat quod necesse est. et colligit ex eo quo indiget. et redit onusta ad locum suum. Qualiter autem mel recolligatur. et que sit mellis propria natura non plenius leuiter distinguere scimus. Frequentant autem libenter folia et flores et manent super ipsa longo tempore propter spissitudinem foliorum. Cum autem rex earum neque uolaret tunc ferunt ipsum turbis circa ipsum. Et si fuerit rex unius matres in una parte et fetus in alia. Si uero fuerit mortuus. mater erit cum feminis in domibus. Et femina uictoris est dupla ad alias. et habet aculeum quam masculus. Et multe de natalibus eius aculeos. et uolunt quasi pungere cum aculeis et non possunt. Regum autem duo sunt modi. Unus est niger. et alius est rubeus. et hic est melior. Et est apis bona parua rotunda. spisse tecta. et constricta in medio. quasi curta. melior uillosa. Et dissimiles apes in parua. Quia quando pascuntur floribus montanis. sunt ille que pascuntur in arboribus montanis. minores sunt aliis et fortiores. et plus patiuntur laboribus. Item apes secernunt alueariis. et suggerunt quod est superfluum in fauis. Et dicitur quod si non facerent. grauarentur ex eis aranee. et morerentur apes. Quando autem modicum est de melle in domibus. desinunt eas. et pugnant cum illis qui uolunt ex hoc mel. Et propter hoc uident sepe secedere foramina. que pateant ad recessum. Et pugnant bruci contra laborantes propter quia cum multum comedunt de mello. et laborant contra eas in aluearibus. que non mellificant nec laborant. Item reges non exeunt extra aluearia solum. nisi magno strepitu apum. et ipse in medio eorum est. et exitus eius est cum exitu plurimarum apum diebus tribus. Deinde exeunt apes paruce. et uolant circa aluearia. et diuidunt se per cateruas. et uadit cum quolibet rege caterua una. Et si accidat quod una pars apum eat ad alias apes. tunc ille pauce apes residue uadunt ad alium regem. et dimittunt suum primum regem et uadunt ad regem possidentem plures. Et si rex quem dimiserunt insequatur eas. interficiunt ipsum. Item quando apes pugnant. ad postremum moriuntur si totum infixerint et non extraxerint aculeum suum. quia non possibile est totum aculeum extrahere. nisi cum eo exeant intestina. Secundum apum non pugnant. Et siqua apis moriatur in alueario. extrahunt eam residue. quia hoc animal est mundius pluribus quam alia animalia. Et propter hoc etiam stercus suum in uolando et non in aluearia sua. quia fetidus odor grauat eas. similiter et uenenum. unde si uentus fortis uenit. custodes apum ducunt regem alueariis ne maxima uentus ad eas. Quando autem aluearia calefaciunt aliquo modo forti. derelinquunt ea. Et si contingat eas ibi morari. ex fetore infirmantur. et acuunt odores suas alas. Et diuinant autem in hyeme locum calidum. et in estate locum frigidum. Et si hoc dimiserint eas multum de melle. non multum operabuntur. et si modicum. tenentur ad extremum multum. Et propter hoc debet dimitti de melle secundum multitudinem apum. Et si defecerit eis mel ad comedendum. debet eas pascere ficubus. et aliis dulcibus ne moriantur. Item quando apes stridunt in uno alueari. signum est quod uolunt recedere ab alueari. Et ideo debet custos proponere uinum dulce in alueari. et commanebunt. Ar. li. 8. sui 9. Item idem li. 9. Apes non faciunt strepitum nisi uolando. et extendendo et contrahendo alas per aerem cadentem inter alas et corpus. Item posteriores pedes apum sunt maiores quam anteriores propter ambulatum. et ut cum eleuentur. cito eas uoluerint eleuare sic dicitur idem. li. 18. Item accidit eis infirmitas que ab Ar. li. 8. dicitur Kallibus ex paruis uermiculis qui generantur in alue arib. ex corruptis fauis. Et quando crescunt illi uermiculi. faciunt texturam similem texture aranearum. et diffundunt super totum aluearium. Et ideo putrescit mel. et egrotant apes uel moriuntur. Item idem li. 18. Apes non ex coitu nec ex diuersis generibus creantur. nec ex apibus per coitum. Item annis autem pluuialis multiplicantur superfluitates in corporibus. Item annus autem tempore opposito paruum apum diminuuntur. nota de rege. Item in dietis particularibus dicitur. Apes flores amigdalinos pascentes. faciunt mel magis temperatum et magis saporosum. minusque acutum. Sed spirituali membrorum magis mundificatiuum. Apes uero absinthium pascentes. amarum faciunt mel et minus dulce. Est enim multe mundificatiuum oppilationis splenis et epatis. et ydropice curatiuum. et morsus rabidi canis curatiuum. Quere plura de melle. in tractatu de liquoribus. Quere alias proprietates apum in libro. a. et. e. tractatu de pl. et aue.

B Ubo animal noctis nomen habet ut dicit y. Est autem auis pigra. onusta quidem plumis. sed grauata segnitia debilis est ad uolandum. 6

in sepulcris die ac nocte ululat. quia commoritur. vnde
eius augurium malum portendere ferunt. Ista et in ulte-
riora solitudinis frequentius assumitur. ut dicitur. De bu-
bone dicit Ar. li. 8. Monedula in qua pugnat cum
bubone. quando debilis est visus bubo apud me-
ridiem. clarius namque videt de nocte quam de die. et
propter hoc capit monedula que est auis cornicini generis
oua bubonis. et comedit ea de die. et bubo co-
medit oua monedule de nocte. quia bubo for-
tior est de nocte quam de die. et monedula fortior est
de die quam de nocte. Et alie aues volant de die in
circuitu bubonis. et deplumant ipsum. et propter hoc au-
cupes cum eo deprehendunt alias aues. Pugna ad-
uersus auium sicut et bestiarum non est nisi propter cibum et man-
sionem. Cuius frequens vlulatus presagium est mortis.
vnde augurium coniecturam. Bubo stercoribus et aliis in-
mundiciis pascitur. Ab aliis volucribus hec odio
habetur. Templa frequentat nocturno tempore ut de oleo
lampadis satietur. In plumis tamen et in rostro
auibus precellis esse videtur. Sed in agilitate pe-
nitus est dissimilis et inutilis. Cum ab auibus im-
pugnatur. supinum se iactat et rostro cum pedibus
se defendit. Mures et vespertiliones venatur.
et comedit. et de nocte euagatur et circumuolat. de
die vero in piceum tumulum se abscondit.

Columbe sunt diuersi coloris colli.

Columbe sunt diuersi coloris colli. eo quod earum plume in collo colorem mutant
solis respectu. ut dicit Plinius. Sunt et columbe aues man-
suete hominum frequentantes consortium diligentes.
et in earum multitudine congregantur. Quas antiqui
ueneream multiplicant quia frequenter nido et oscu-
lo amorem accipiunt. et uenerem multum uacant. Et
ideo columba dicitur quasi colens lumbos. ut dicit Ysidorus. Iste co-
lumbe ouant omni tempore et faciunt pullos cum sunt
earum in loco calido. et sunt earum cibus presentes. Melio-
res autem faciunt pullos in autumpno quam in uere uel
in estate propter copiam ciborum. ut dicit Ysidorus. De natura uero co-
lumbarum dicit Ar. li. v. Columba auis est voluptu-
osa. Unde et sese osculantur ante coitum. Et masculus
senex non potest coire. tamen non cessat osculari. Et
femina multotiens saltat super feminam cum non sit
masculus. et facit hoc cum osculo. Et ex tali coitu
faciunt oua non pullificantia. sicut sunt oua venti. Et
omnes aues que sunt sicut columbe. ouant in uere bis uel
ter. et faciunt duo oua. sed non ouant tertio. nisi
quando corrumpitur. Item idem dicit li. 6. Columbe in quibus pro

magis parte pullos est marem et feminam. Et primus
pullus est masculus. et alius exit unus pullus uno die.
et alius alio die. et masculus cubat de die. et femina de
nocte. et post ouum complet se et fundit in 20. diebus.
et columba ideo penetrat testam. et post diuidit uiam.
et masculus et femina calefaciunt pullos in uno tempore. et
femina est magis sollicita circa pullos quam masculus. Et
durant in anno ouantes et quedam .xi. uel .xii. sicut in egypto.
Et masculus coit cum femina post annum. Item idem li. 8. Cum
pullificat statim masculus regit pullos. et si femina
tardat uenire ad pullos propter dolorem partus. percutit eam
masculus. et cogit eam se ponere super pullos. Et cum
creuerint pulli. uadit masculus et sugit terram salsam.
et id quod sugit ponit in ora pullorum ut assuescat
eos cibo. Cum autem mas uult eicere pullos de nido.
coit cum ipsis etc. Item habent proprium sicut et turtures quod
caput suum non erigunt quando potant. quousque eis suffi-
cit haustus. Uiuunt autem columbe generaliter et aliquando
usque ad .14. annos. Proprietates autem columbe naturales
et multas notat magister glo. super .1. libri. Oculi
tui columbarum. ca. i. Columba in qua felle caret.
Rostro non ledit. in parietem suum forte. In cauer-
nis petrarum nidificat. Alienos pullos nutrit.
Columbas alias errantes allicit et recolligit.
Iuxta fluenta manet. Meliora grana eligit.
Gemitum pro cantu reddit. Gregatim uolat. et
societatem diligit. Alis et rostro se defendit. Ca-
dauera et alia immunda non comedit. Geminos
pullos nutrit. Sed super fluenta residens. umbram
accipitris de longe uenientis inspicit. Quam uidens
statim ad uicina foramina fugiens. se abscondit.
Et ideo dicit glo. in .i. Oculi eius sicut columbe super riuos
aquarum. cant. de. c. Et ut dicit in uiatico (?). san-
guis habet medicinalem. Dicit enim quod sanguis eius
sub ala dextra extractus. et calidus oculis impositus
et instillatus. dolorem mitigat. et sanat obtal-
mia oculorum. Fimum habet ardentem. quod de nido abicit.
et pullos ut abiciant instruit consuetudine. ut dicit
cant. i. Columba pura et nitida. simplicitatis
forma. ista munda. prole fecunda. pietatis emu-
la. Societatis amica. Iniurie immemor. quanto
quo est plumosior. tanto fecundior inuenitur.
Unde columbe habentes pedes pennatos. pullificant
omni mense. Est autem columba naturaliter timida. Raro
secura. nisi quando est in foramine petre. in aliqualiter
requiescat. Est quoque obliuiosa. Et ideo sublatis pul

lis diu post in suo in memoria nidificationis et pullifi
cationis iterum in eodem loco non omittit, ut dicit Ysidorus. Item satis
te est curiosa. Nam sedens super arborem circum
spicit et ad quam partem velit se vertere quasi deliberans
collum undique circumflectit. Et saepe dum de vo
latu deliberat, antequam accipiat volatum, sagitta
eam transvolat, et ideo periculum non praecavet, ut dicit Gregorius. Item
ut dicit in dietis particularibus: caro columbina dura
est ad digerendum et viscosa, unde grossum dat
nutrimentum, maxime caro pullicellorum. Sed cum
volare inceperint, tunc motu et labore amittunt
multum de grossitie illa, et sic caro levior et
convertibilior ad digerendum. Quanto autem est vetu
stior, tanto durior et peior ad digerendum, et flegma
ticis et frigidis corporibus nocivum. Item alia invenitur
columba domestica quae ad decipiendum silvestrium
est instructa. Nam silvestribus se associans ad re
te eas ducit. Et ut citius eas decipiat, inter
eas vel retia et involui se permittit sub cuius ve
stigio quasi ad pascua ipsas allicit. Et sic praece
dendo ad laqueum et interitum eas trahit. Item in
Aegypto vel in Syria ut dicit Ambrosius instruuntur
columbae ut literarum sic gerulae et per provinciam
ad provinciam mittuntur. Si enim diligit locum et
mansionem in qua primitus est nutrita, et quantumcumque
distet ad longinquas partes, semper redit ad propria
si libertati fuerit restituta. Talis autem columbae cau
dae solet alligari littera sub ascella, quae dimissa
se elevat in aerem, et numquam cessat antequam rede
at ad sui nativitatis proprium locum. Sed quia inimi
ci eam exquirunt ab hostibus vel arcubus et sagittis impedi
ri. Et sic non sine periculo est bajula litterae, quae fre
quenter sic portata vel ad vel excidio mortis.

8 Coturnices | sunt
aves quaedam aucellae a sono vocis dictae,
quas Graeci ortygias vocant, eo quod fuerint in or
tygia insula primitus visae, ut dicit Ysidorus. Hae aves
certum habent adveniendi tempus. Frigorem siquidem
et ventos valde timent. Quae gelu videntes
in diu destinata non sequuntur. Ideo et ortygometram di
cunt. Hanc autem illae aves ducem per quas caveri
possint discrimina ne ab accipitre rapiantur.
Haec sola avis morbum caducum patitur sicut homo,
et etiam passer. Quare cum illae assatae comeduntur aquam
defendunt et unam alam erigunt velut defendentes.
Aves gravissimas habent semina venenosa.
per quas aves veteres eas vesci prohibuerunt. Helle
borum est cibus coturnicis, qui si ab aliis sumatur in multa quan
titate penetrabilis est. Coturnices autem venas ha
bent strictas circa cor, et ideo semina venenosa habent,
et libum eius non statim intus remaneat, et in digerendo
est et subtiliatur. Unde non laeduntur coturnices quae
vulgariter pernices turtelos vocantur, avelanas comedu
nt quidam et circumeunt sine cibo. Spernunt autem suam di
ligentiam aliae aves. Et ideo rei saturitate mutuo
se requirunt, ut dicit Ambrosius.

9 Ciconia vel ibis est avis fluvialis quae se ipsam
purgat rostro suo. Quia cum ex cibo multi
tudine sentit se gravatam, aquam marinam intra
rostrum recolligit, quam per anum ad interiora in
fundit. Quae remolliendo cibi compactam duri
tiam et mollificando intestina eicit et expellit.
Haec est avis serpentum ovis vescitur, et eas gra
tissimam escam deferent pullis suis, ut dicit Ysidorus. Et
dicitur ciconia, quia quatiente rostro quasi cum cicuna
sonum facit, ut dicit idem. Veris est nuntia et in
suo adventu nominatur temporis. Sed penitus mutum
est rostro et inertem, et quia dicunt convenire et coniunguntur.
Humanam societatem et frequentiam diligit. Et ideo in
aedificiis super domos ab hominibus inhabitatis consue
vit nidum suum primum nisi fuerit certa. Et saepe non
dimittit, sed in suo recessu ante hiemem terra replet
nidum suum et cum luto in singulas nidi et spinis com
paginat, ne aliquis nidum depredetur super ipsas, et hye
me dicuntur aut dissolvuntur. Immediatum autem suo in vere
eundem locum optinet, occupat et renovat, et ab a
liis nidum occupare volentibus perpetue et defendit.
Vivente femina mas eius coitus cum alia se non
sociat. Sed quo ad nidum et generationis officium femine
fidem servat. In qua si mas cum aliquo adulte
rium coniugium persenserit, ulterius secum non cohabitat.
Sed rostro si potest eam transverberat ac necat,
ut dicit Aristoteles. Alias quando in nido mas feminam non cal
ceat, et incubando super ova mas cum femina invicem
pullos suos miro affectu diligit et custodit, et ex
assiduo cubitu super eas plumas pellit. Puer
quam est impiscatus, nec in nido residet, et cum
quando nutriunt mas evolat femina ad pascua, et
masculus nidum fovet. Et ut dicit Ambrosius, cico
niae mare transvolant et collecto agmine
ad regiones Asiaticas simul volant. In suo autem di
scessu comites habent cornices, quae ipsas praeducunt.

7 q̄ı ciconus diuı̄ciı̄ ꝑuenıē .ꝯ. auer ıƀestā
ꝑ uiribꝫ se opponunt. ut dı̄ ī ꝯam.
Quādoq̄ ā ueneno sa cōmedit. ut ranas.
7 s̄pētes 7 h'. uenenū ēn naꝫ eaꝝ n̄ sup̄at.
nꝯ dīmīuıt. ıō eıs ē refectıō 7 nutrīmtū. qua ꝫ
lībro 7 mīlīs alııs qllıꝫ eē uenenū. Vı ēt ca
lōıs qn ī eaꝝ ınꝯ ıōıbꝫ cōuıēt. ut uenenu exā
guıtur 7 sup̄ıt. Apuıt ıus ī senectute pısca
t. Quam nīmıa ıll' cū fılıos ē pıetıs. Et ıdō
quın ıp̄ē expendıt ī fetıbꝫ educādıs. tamq̄
ıp̄ē apullıs ut ac recıpıt. ut dı̄ amb'. Qn p'mo
pullı nascunt' curın. pēdēs q rostra hn̄t ad mo
dū agnı ualde nıg. Sꝫ ꝯ plīta pullāā nıg'dıe.
rubere tanto pl' ıcıpıūt. qo condıc pl' sene
10 Cornix auota auis scit.
ē. q̄ apud latinos ꝯo noīe appllat'. Quā
auıt augures hoıum curıs agē. ınsıdıarū
uıas mōstrare. Futa ꝑdıcē. Sꝫ magnū nefas
ē cēdē q deus ꝯsılıa sua cornıcıbꝫ maıfestet.
ut dı̄ ꝑ. Huıc mē multa auspıcıa trıbuıt
7 ꝑ plumas ꝯtendīt ueatu'. ꝑım ıd. sıue cornıx
plumā nauıt ıp̄ıu uoce. Est ā auis garula
7 ımpıa. q̄ ıp̄ol' necına. ū h'tıte. ut dı̄ ıdem.
ı̄nıdıs pısce 7 uenenosıs. Dımınssē uıuıt.
Cum senectute ı plumıs albescıt. fratıe ı
nıde. ꝯ uıuıt ꝯuıal' pl' ıenıgrescıt. Vult'
ꝑ oculos alıbꝫ odıt. Cornıx nısū 7 accıpıtrem
ꝯ surgıt. ut dı̄ ꝑ. Est ēt aue ıp̄ıu. aquıle. 7
alııs ꝑ adauıbꝫ ıp̄aına. ꝯnā aquılā quā ıūg
formıdat. garrıen 7 uolans ıll' 7 ınfestat.
Sꝫ ꝯ sua ımꝑbıtate n̄ ꝯh lucrū ꝑat. qꝫ post
longum aquıle dıssımulācōıs. alīn ab ea rostro
ꝑcıtatur aut ınstıgatur qn̄ eı plus debıto appꝑı
quat. D cornıca ā dı̄ ī ꝯam. q cornıces cı co
nıas ꝯducet 7 dıngunt. 7 uelut q̄ıbꝫ cum
turnus. eas strıpıtıbꝫ eas auı̄tıa se ad tuıu
gıt. 7 ꝯ alıas aues ıp̄ıs ciconıs ıfestus dı
mıcantes ꝑıc ꝑıcul' alıena bella suscıpıt.
Cuıs ındıcıum est qꝫ ī ıllo ꝑıc ıntervallo quo
ciconıe solēt uenıre. ꝯ recepıt mı loca ꝯsue
ta cōsıdē. 7 qꝫ eū uulnere cruentatas. mal
festū ꝯā sanguıs uoce cuı' ındıcıo cīnd'ı
gnatıo se certamınū ꝯflıctū fuısse. ꝯe ı ā
dı̄ q ānımanda ē h' auis clamına. ꝯnam ıcı
pıunt longeuā senectute. plumaꝝ 7 alaꝝ
regımıe ꝑuāı ꝯ ang. cornıces ıunıores ꝑıs
ꝑnıs eas souēt 7 collato cıbo pascunt. Quā
ꝑnues eaꝝ senescunt eos sılıcet alaꝝ suaꝝ sub
leuant. 7 ad uolatū excıtant. ut ī ꝑstınıs usıs
mılıt' dıssueta reuıcent 7 redıuıuant.
Corvus sıue corax a sono gutturıs nomē 11
h'. ut dı̄ ꝑ. Corvus pullos suos ora hy
ıantıa respıcıt. quıbꝫ cıbū ꝑ n̄ mıstrat q̄ ꝑ se
naꝫ nıgredıne recognoscıt. postq̄ uo nıgre
scere ıncıpıūt. toıs uırıbꝫ dıcersıs eos pascıt. ut
ꝑ cū ꝑ. Und' ā pullı cornorū rore celestı uıū.
qdıu bu'ssıs auıus n̄ h'ıt nıgras plumas. ꝯō
ā ꝑut eıas cadauerıbꝫ. s. ꝑıdıt. ꝯ ıngıt ac
lestıs bu'stıs sustentacıe. ut dı̄ aug. Petıt ā
cornus ī cadaueıbꝫ mortuorū loca oculata. ut dı̄
ꝑ. Et ē auis clamosa. 7 dıuıtas formas uo
cū. Solus ēt ınt' aues. c. q. h' uoces suū ueti
mutatoē. ut dı̄ fulgent'. Est ēt auis dolosa.
eos furtiue subtrahens 7 reponens 7 abscōdēs.
Est 7 ınmūda auis. cadaıuıbꝫ ıntendens 7 uene
nosıs. 7 cıbꝫ ımūdıs cıbū q̄rıt. Est ꝑ auguries
quandā uım ꝑsagıı 7 dıuınacōıs ꝯtınhens.
Et ıō apud gentıles coru' ꝯū mē uolueret a
pollınī ꝯcıtat'. ut dı̄ ma'. D coruo ā dı̄ ar'
l. 6. q ꝯlē coruorū cubıtıt sup' oua sole. 7
masculı deferıt eıs cıbū. 7 pullıficat plures
pullos. 7 cubat dıebꝫ. 20. 7 dıcē alıquas ꝑꝑ
mıl'ıtudınē. qꝫ aues q̄ multos pullıfıcant. cı
auē cāē. ꝯe dı̄ ıd l. 9. Cornıs nıger pugn̄
cū asıno 7 tauro. 7 uolat sup' eos. 7 nocet
eıs ꝑcutıēs eū rostro. 7 pungıt oculos eorū.
ꝯe ıbıdē. Coru' nıg' ē amıcus uulpıs. 7 ıp̄ē
ꝑ pugn̄ cū ardeon 7 cū alııs bestıol'. 7 ıuuat
uulpem. ꝯe ıdē. Coru' pugnat ad ınuıcē cū
armıs. ı. cum rostro. unguıbꝫ 7 alıs suıs. 7
uıcıt obedıent uıctorı uıctorıa forte. In uomı ar'
ꝯe sol' coru' ī medııs estıuıs feruorıbꝫ ꝯ mū
alıaꝝ auıū ouat 7 pullıfıcat fere suos. Und'
ꝑmou'. Coru' maturıs frugıbꝫ oua refert. 7 cē.
Cignus latıne olor dı̄ grece 12
eo q tot' sıt albꝫ ī plumıs. ꝯ. Nullus ēn
ınuenıtur cıgnū nıgrū. Olor ā grece totū
dı̄. ut dı̄ ꝑ. Cıgnus ā a canendo ē dıct. eo q
carmınıs dulcedıne modulatas uoces
frangıt. Ideo ā canıt dulcıt'. qꝫ collū longū 7
reflexum h'. 7 necē ē eluctantē uocem
ꝑ longum 7 reflexum ınt' uarıas reddat

modulationis. Fertur autem in hyperboreis partibus prope montem
ubi cythuredis agunt pullos evolare de nidis
et apte ad modos canere ut dicit Ysidorus. Sed in mari et
ambre. nautae bonum presagium eventu reputant.
quando cygnus in navigando obviat. Sic ait Emili-
us: Cygnus in auspiciis semper laetissimus ales. Hunc optant
nautae quia non se mergit in undis. Et ideo apollini con-
secratus fuit. ut dicit marcianus. In aliis maior est fortitudo.
Cygnus quando est in amore quaerit feminam et eam per amplexum
colli blanditur et eam attrahit ad se. et coniungit
collum suum collo feminae colligando. post coitum
vero femina parit in aqua. et fugat ipsum. Balne-
at autem se masculus post coitum. sic et femina antequam sum-
mat cibum. Sedare autem mortem pena aliquam ceret
eadem et contra aliorum avium consuetudinem. per gemi-
tum cantum reddit. ut dicit Ambrosius. Plumam habet can-
didissimam. omni nigredine et colore alio impermix-
tam. Carnem vero habet nigram et ad digerendum duram.
Rostrum cum rubicunditate mixtum ab oculis et gustu
distinguente habet extremitatem valde nigram. et colum
tenditur. cum quo collo in profundo merso cibum
suum quaerit et capit. Tamen mortuos pisces nutrimentum
ipsos non comedit. ideo si penitus ut esca est praeparata
fuit. piscibus ipsis segetibus vivunt. ipse autem de her-
bis dulcibus victum quaerit. Pedes habet longos
latos et clausos. natandi valde aptos. Quo-
rum uno utitur pro remo in natando. alio pro guberna-
culo et regendo. Stagna et lacus inhabitat. et secus
aquas nidificat. ubi super parva ligna congesta se-
sedet. ova calefacit et pullificat. pullos suos solli-
cite nutrit et educat. et eos tuetur. alis et ro-
stro pugnat et offendit. Et si adversus eos aliquis
appropinquaverit. inter pullos et appropinquantem se oppo-
nere non cessat. Avis est magnae carnositatis
pondere densitatis corporis. Et ideo quietem diligit
et raro volat. Volant tamen cygni silvestres
volatu forti. collis extensis. et pedibus ad po-
sterius applicatis. Sed non sunt tam magni corporis. nec
magnae pinguedinis sicut sunt domestici qui iuxta ho-
minum habitacula sunt nutriti. ut dicit marcianus.

15 Culex est musca modica.

Culex ab aculeo dictus. eo quod sanguinem sugit. Habet autem
in ore fistulam ad modum stimuli qua carnem
terebrans ut sanguinem bibat. ut dicit Ysidorus. Repu-
tantur autem inter volatilia sicut et apis. cum tamen habeant
plures pedes quam aves. eo quod alas habent. quibus
volat. Generantur autem ex vaporibus putridis et cada-
veribus ac corruptis locis paludosis generantur.
Et continua alarum replicatione ex percussione in aere
strepitum faciunt et quem sibilum. Super cadavera et ulce-
ra libenter resident. equos et ulcerosos valde nocent.
Strepitu et morsu dormientes infestant. et a requie
eos arcent. De nocte maxime circumvolant. et membra
quibus insidunt carpunt ac mordent. Locupleta est
quae lumen valde videt. Unde inter cantum in candelam
ruunt se ab aviditate luminis videndi comburun-
tur saepe solent. Hirundinibus nascentibus sunt
vilet. Culices qui in aere volitantes ab hirun-
dinibus quae venantur muscas in aere. pro grassimis
reputantur. Dicuntur autem culices scinifes. id est muscae
minutissimae. sed aculeis permolestae. Cynifes enim
graece musca dicitur latine. Unde et cynomia id est musca
canina. Et huiusmodi muscarum tamen aegyptiorum percus-
sa est. ut dicit Ysidorus. Est autem cynomia genus pessimum
muscarum. magni corporis et lata ventre ideo muscarum
aliarum plura volans sed magnae tenacitatis et adhae-
rentiae in membris animalium quibus insidet in villis et
pilis abicit et mariae canum in se trahit. et ideo se-
cure sanguinem sugit ac viventium animalium quorum car-
nem ulcerat et corrodit. ut patet in aliquorum canum
auribus quas corrodunt et ulcerant. Tales muscae
sunt multum fetidae quae ex carnibus fetidis et corruptis
humoribus sunt nutritae.

Cicada a cantando est dicta. eo quod in exiguo gut- 12
ture mira format cantilena. ut dicit in exa-
meron. Haec in medio aestu quando arbusta meri-
dianis caloribus rumpuntur tanto cantu resonat
clarius. quo ipsa aerem tenuioris attraxit puri-
orem. Frigore siquidem cicadae profundo olio sicut ne-
cantur. eo quod obstruuntur poris. spiritum aereum
haurire non valent. Sed siquis sicut huius aceti
super infundatur. reviviscunt. eo quod vis aceti a-
perit poros quos ex oleo constrictos obstruebantur. ut dicit
Fenix unica dicitur. [ambrosius] 14
Fenix avis est. et in toto orbe terrarum singularis.
Unde et laica miratur. Unde et apud arabes ubi nascitur
fenix. id est singularis nominatur. ut dicit Ysidorus. De hac a-
vis dicit physiologus quod fenix est sine pari vivens
ducentis vel quingentis annis. Quibus completis
cum suum senium desentit. nidum facit ex lignis a-
romaticis et multum siccis. quem in aestate ex fervo-
re solis flante favonio accenditur. Quibus iam

aromaticis ramis sponte rogum construit, et ibi inter medios calores ex quo cinere iterum educitur quidam vermiculus nascitur, qui paulatim plumas recipiens in volucrem reformatur. Ita dicit Ambrosius in Exameron. De cinere huius enim novus surgit pullatim qui adolescit, et processu temporis induit alarum remigia, et in avis speciem reparatur. Est autem avis pulcherrima, pavoni in plumis similima, solitudinem diligens, granis et fructibus mundis victum querens. De qua narrat Hugo: quod cum Onias pontifex in Heliopoli civitate Egypti templum ad similitudinem templi Ierosolimitani edificasset, post diem azimorum cum multa ligna aromatica super altare congregasset, et in igne ad offerendum sacrificium succendisset, subito omnibus videntibus descendit in medium rogi talis avis, que in igne sacrificii in cinerem est redacta. Remanente cinere, et cum diligentia de precepto sacerdotis reservato, intra triduum quidam est creatus vermiculus, qui tandem recipiens formam ad solitudinem evolavit.

16 Grus de propria voce nomen accepit. Tali enim voce sonat, ut dicit Ysidorus. Est autem avis magnarum alarum fortiter volans. Aeris alta petens, ut videat quas velit petere regiones, ut dicit in Exameron. Est enim avis diligens speciem suam. In societate vivens. Hinc regem in alto volans, ut dicit Ambrosius. Ductor autem agminis qui castigando et arguendo voce ad rectos volatus cogit agmen. Et si forte raucescit, succedit alia grus que supplet idem officium. Grues autem voce proprii cum petunt ut quiescant. Et cum sederint, ad custodiam sui vigilias ordinant, ut alie securius dormiant. Vigiles autem super unum crus stant directe, et lapillum tenent in pede alio altius suspenso aut elevato. Et si casu aliqua dormierit, per casum lapilli excitantur, ut dicit Aristoteles. Item grues sunt in iuventute cinerei coloris, sed in senectute quo diutius vivunt, tanto plus nigrescunt. Et si qua illarum a sua societate oberraverit, vociferando perditas socias advocant et requirunt. Grues vero qui super se venientem herodium vel accipitrem viderint, rostrum sursum erigunt, et sic per rostri acumine se defendunt.

17 Gallus a castratione est vocatus. Inter ceteras aves huic soli testiculi adimuntur, ut dicit Ysidorus. De gallo dicit Plinius libro 29 capitulo 4: Carnes gallorum crude et calide apposite serpentium morsibus contra venenum. Et ad idem valet eius cerebrum in potu sumptum.

Sanguis eius pinguedine vel vitello mixtus fuit, apud panteris et leonibus vitandus est. Si autem liquefacta ossa gallorum vel gallinarum misceantur, consumunt idem. Asse vii. os gallinae contra aurium venenum. Et hec Plinius. Gallus itaque est avis calide et sicce complexionis, et ideo multum habet audacie et animositatis. Propter quod adversarios pro suis uxoribus audacter pugnat, et rostro ac calcaribus adversarium impetit et lacerat. Optenta victoria statim cantat. Ante autem quam cantet, alis se verberat, et se ipsum feriens ad cantandum reddit aptiorem. Et profundioribus horis noctis cantus solet emittere clariores et valentiores, sed circa tempus matutinum vocem eius leniorem, ut dicit Ambrosius. Cristam rubeam gerit in capite pro corona. Qua amissa, perdit audaciam, et ad aggrediendum adversarium ipsum reddit segniorem. Zelat et diligit uxores suas, et in invento cibo vocem quandam ipsis sibi subtrahit ut eas reficiat atque pascat. Pinguiorem et teneriorem quam plus diligit gerens gallinam iuxta se collocat et ipsius pectori circa se confovet. De mane cum ad pastum evolaverit, latus suum lateri illius primo applicat, primo eam ad suam copulam allicit et invitat. Et propter ipsam tanquam zelotipus spiritualiter pugnat, et aliquando gallos rostro et calcaribus a se fugat. Rostro impugnando contra pugnat, et plumas circa collum erigit ut se audaciorem faciat, et pennas caude que prius fuerant ac retrorsum elevat ut sic aptior ad pugnam se accingat. Lapidem preciosum nomine alectorium silicem gignit et portat, quem ratione lapidis ut creditur quidam leo timet et abhorret, maxime si fuerit albus. Album enim gallum leo formidat, ut dicit Plinius. Rostro et pedibus cibum querens paleam et pulverem sulcat et ventilat. Invento grano ad gallinas vociferat et eas vocat. Cum autem gallus aquilam et accipitrem predones esse, qui ceteras aves pre volucribus in terra deambulantibus insidiantur, et ideo cum gallus sic actum viderit, unum oculum pro victu querendo deorsum deprimit, et alium sursum in aera dirigit, ut advenientem aquile et accipitres paveat. Que cum venientem a remotis viderit, statim ad gallinas vociferat, et eas vocat, et fugiens in domibus, cubilibus aut sepibus se occultant, ut dicit idem. Decrepitus autem gallus ovat in ultima senectute et facit quedam ova parva multum rotunda et quasi lunaria vel citrina, ex quibus si ab aliquo animali venenoso in diebus canicu

laudibus fortunantur. basilisci generantur ut dicit Beda de gal-
lo dicitur. Galli iuvenes dimicant se ad digni-
tatem. minorisque humiditatis quam gallina. Ca-
ro eius quandoque grossitiem habet. sed quando coquitur soluit
ventrem. Si vero gallus percussus minoribus ut femine
esse ortentis? et polipodio impletur. et cum quin-
libus aqua coquatur. tunc aqua fere estimatur
sic utilissima colicis humoribus. passionibus viscerum
et flegmaticis prodest. [illegible] partibus
subvenit. [illegible] excludit.
Et dolorem arteriarum curat. valet contra certas
febres plurimum. ut dicit idem.

18 Gallus gallinaceus est gallus per ab-
scisionem testiculorum effeminatus a more aliorum
gallorum cantatorum. voce et corpore minuitur. per castra-
tionem perdit audaciam. contra proprie nature et cantum amittit.
In eo horas nocturnas non discernit. Alios non se preparat
ad pugnam se accingit. Super ova aliena
sedet ac si esset gallina. officium femine assu-
mit. pullos alienos nutrit et enutrit. vo-
cem gallinae simulat. et [illegible]
eius pullos vocat. Gallinis [illegible] cum
[illegible] et [illegible]. si autem non
[illegible] impinguatur. si non est impinguatur. Est
autem gallinacei tenerior caro quam galli. et ca-
ro humidioris et mollioris. et pinguedinis
maioris. de pluma lenioris. Cuius pedes qui-
[illegible] ova [illegible] eius [illegible]
[illegible] vel [illegible]. Cuius pedes col-
ligere post impinguationem. et [illegible] ad
[illegible]. ad [illegible] pedibus [illegible]. De
gallo castrato [illegible] dicitur. Carnes [illegible]
a galli omnibus volatilium carnibus [illegible]
laudabilis et [illegible] nutrimenti et sanguinem
meliorem. Cerebella eorum cerebellis avium ce-
teriorum.

19 Gallina est gallo [illegible] est le-
nior. [illegible] quidam [illegible]
[illegible] ut
dicit [illegible]. Est autem avis multum ovativa et pullifi-
cativa. et multa ova sua [illegible] ut dicit Ar.
li. 6. et [illegible] ova [illegible] et [illegible] aliis [illegible].
et [illegible]. Et quando gallinae [illegible]
gemellos. et [illegible] gemellorum est [illegible] et [illegible]
[illegible]. [illegible] ova sua
per 3 dies [illegible] signa pulli. Et [illegible]

sunt in maioribus per plures dies. et in minoribus post pau-
ciores. Et generantur pulli ex albumine. et nutri-
tur ex vitello. Galline et que ovant nimis
non [illegible] ut dicit [illegible] li. 6.
Alias vero galline [illegible] omnibus fere notis
[illegible] glo. sup. Math. 23. ubi dicitur. Gallina est pia circa
pullos suos. quia pullos sub ala fovet. Contra
milvum tuetur. Dolore filiorum egrotat. et
plumam deponit. Pro pullis quos se disponit et [illegible]
[illegible] et ipsis inventum [illegible] et adducit. pro
pullorum defensione fortiter sese opponit. et quos
hostem impugnat et pullos dispersos congregat et advo-
cat. et ne a milvo vel milvis rapiantur. plumarum
[illegible] et vocis raucedine affectum circa
pullos manifestat.

Grifes inter volatilia numerantur. Deutero. 14. 20
Et dicitur in glo. quod grifes est quadrupes. Ca-
pite et alis aquile similis. et reliquo corpore est
similis leoni. et habitat in hyperboreis montibus.
Equis et hominibus maxime est infestus. In nido suo
reponit lapidem preciosum contra venenosa alia animalia.

Herodius est avis regia.
[illegible] [illegible] et manu [illegible] aliorum. Est 21
autem avis [illegible] ad modum accipitris. [illegible]
[illegible] corporis sui. Et est multum plumo-
sus. et ideo levissime volat. quia [illegible] est
in eo quod [illegible] et [illegible] le-
[illegible]. Et ideo difficilis est [illegible]
quos [illegible] varia et colores. He-
rodius [illegible] magne audacie est. et acutissimi pec-
toris. et fortis unguibus. Et [illegible]
[illegible] quod [illegible] sui ungue.
Tamen [illegible] est avis [illegible] vel [illegible] impetu
[illegible] quia [illegible] quietem. Vn-
de [illegible] dicitur [illegible]. Si vero
domesticetur [illegible]
et ad manum [illegible] non [illegible]. Et
[illegible] regimine se [illegible] quando
[illegible] ut dicit Greg. Hec
est avis que vulgo falco nominatur. [illegible] ut
dicit glo. [illegible]. Et est avis que inter omnes [illegible]
volucres huius affectum pium et circa pullos
suos. Sic dicit [illegible]. [illegible] sedulita-
tis [illegible] quos [illegible] parvi submi-
[illegible] pullum ab aquila abiectum sive non
[illegible] nutrit. Cadaver [illegible].

nec in frumentis vehementia pruritus carnes tangit. Si laborans pruritu experitur ab inimico quousque spatium sibi congruum inveniat quo acquiescat. ut dicit Greg.

2-2 Hyrundo que ab ernndo

Hyrundo avis est dicta eo quod cibos non sumat residens, sed volando in aere cibum capit. ut dicit Ysi. Est autem avis nimis garrula per circuitus oberrans et curvis volatibus vaga. et nidis faciendis et pullis educandis sollicita. ut dicit idem. In nidis quoque construendis est nimis sollicita. ut dicit idem. Vix enim ab homine similari potest huius industria, quamvis modicum quod facit primo de solo rostro de argilla. Hyrundo est avis parva sane valde, mire agilitatis et velocissimi volatus. Et ideo ceteris avibus non impetratur, nec unquam alite preda est vilis. transvolat ad regiones calidiores in quibus evitet per hyemem commorari. Certa autem custodia adventus sui et recessus. Cuius adventus indicium est veris, et testimonium instantis serenitatis estivalis. ut dicit Amb. De hyrundine dicit Ar. li. 6. Accipiter non coit in quoque anno nec ovat nisi semel, preter hyrundinem que bis ovat in anno. sed prima ova aliquando corrumpuntur propter hyemem. ova vero posteriora complentur et faciunt pullos. Item ibidem dicit. Aves que comedunt carnem non ovant bis preter hyrundinem, que aliquando bis pullificat. Item in eodem. Si quis excecaverit pullos hyrundinum, remittuntur oculi eorum. querit enim herbam que dicitur celidonia cuius succo linit oculos filiorum et sic oculi eorum claritatem pristinam recuperant. ut dicit Mac. In ventre hyrundinum inveniuntur duo lapides quorum unus est albus, alter vero rubeus. Alii femininum dicunt masculinum, qui maioris est virtutis quam albus. Hii lapilli dicuntur celidonii. et sunt preciosi maxime qui sumuntur de pullo antequam terram tangat. ut dicitur in lapidario. ubi eorum virtutes describuntur. ut dicit Aug. Sanguis de sub dextera ala extractus oculis medetur. sicut sanguis columbe. Fimus eius est valde calidus et urinosus sicut columbinus. et ideo causticus est et nocivus. Invenitur autem hyrundo pullos suos alere sine [illegible] natura. Sunt autem hyrundinum duo genera. Quedam enim sunt maioris corporis dorsum habentes nigrum, pectus rubeum et ventrem album. Et hee diligunt hominum societatem. unde in domibus hominum nidificant. Alie sunt minoris corporis nigras habentes pennas et nidificant in ripis fluminum. Sed tamen iste quam ille de terra nidificant sicut argilla. Est utrisque cauda ad modum forpicis bifurcata. Inter hyrundines vero dicitur esse unum genus quod timent alie aves et aquila et accipiter. et fugiunt illam hyrundinem tamquam hostem, nec audent supra [illegible] venire illa vivente. timent enim morsum eius qui forsan venenosus est. ut dicit Pli. Pugnant autem hyrundines contra passeres. nidos earum subintrantes morsibus et unguibus fugiunt eos de nidis suis.

Kalandrius secundum Phisiologum est albi coloris. nullam habens partem nigredinis. Cuius pectus interius fimus purgat caliginem oculorum. Cuius non est eadem [illegible]. Si aliquis gravi teneatur infirmitate, si egritudo fuerit ad mortem, kalandrius avertit faciem suam. et sic egrotans et sine dubio erit moriturus. Si vero infirmus debet convalescere, kalandrius in eum figit intuitum, quasi applaudens ei. Differt autem kalandrius ab avicula que dicitur kalandra que est avis sonora et canora sicut merula. sicut dicit quidam glo. super Deut. xiiii. ubi dicitur. Differt kalandrius a kalandra. etc. 2-3

Larus est avis que in aqua habitat. unde in auctoritate scribitur. Larus est avis natans et volans, sic natat ut piscis, sic volat ut avis. 2-8

Locusta est animal eo quod pedibus longis sit velut hasta. Et ideo greca eum brucolon nominat. ut dicit Ys. Locusta regem non habet. et tamen ordinate progreditur per turmas suas. ut dicitur in Prov. 30. et nimio se devorant. nam maiores minores comedunt. In estate vero latent et in hyeme latent. Locusta habet caudam in posteriori parte quam antea. sicut dicit glo. super Iohel prima est acheläbra. et post eam alie sunt locuste. Corpus habet quadrangulum et per eius ... aculeum. Duo autem crura sua sunt replicata in se et retorta. Germina arborum et herbarum radices commedunt et corrodunt. Quoniam humidi generati est. et ad volandum convertitur. In vere autem septentrionali moriuntur. In calidiore locusta se erigit. et dicit. a floribus amigdalinis impinguantur locuste. Locusta insuper maiori pede consistit in ventre. et ideo insatiabilis est. Unicum habet intestinum. quod fame et multitudine semper est repletum. sed ut quidam inveniunt semper esurit. Et siquid invenit voratur. et corrodens non desistit. et cadens frangitur et moritur. 2-9

et consopitus, si calore solis renouatur. Ex eius stercore
vermes nascuntur.

26 Mergulus ab assiduitate mergendi nomen accepit.
Sepe enim demerso in profundum capite aucupis signa
sub fluctibus colligit. Et cum venientes equoris tempesta-
tes cum clamore litus petit. Nam in pelago grauissima esse
tempestatis certissimum est quando mergulus fugiunt ad lit-
us, dicit Ysidorus. Mergulus in harundinetis siue ligna plurima
nidificat et raro cum esse... nec pulliculos nutrit
nec educat. Si more nam veniente sciunt et ulnas
pelagi undis ascendere vel descendere non prohibent.
Vermes et aquaticos pisciculos ad suum venter satiandum
in gluuiem vestiunt. In hyeme propter pinguitatem
moles impinguantur. In estate vero propter volantes libertatem
carnibus et pinguedine depauperantur. Qui ab aue rapi-
nae persequuntur ad aquas refugientes submersionis bene-
ficio liberantur.

27 Miluus mollis est volatu ut mulier. Vnde miluus
quasi mollis volans est dictus. Nam leuium pennarum et quasi
immobili fertur sicut acceptor. Et uix leuiter cadit in volando
aerem mouens. Vnde est autem auis pauidi coloris. Et ideo ui-
sa plus suscipit. Et per longa tempora spina singula de-
fluit hy spinue... dicit. ut dicit Ysidorus. Est autem auis rapax
et auida in inuadendo. Sed timida est in magnis. Nam volu-
cres silueștres autem non audet. Domesticas insidiatur
non timet. Pullis enim insidiatur ut eos rapiat. Et quos
reuerens reperit statim necat. Cadaueribus et inmun-
dis vescitur. Et per media vetustatis pullum undique est
eiicit amico impetu et amore propriis ipsius pulli
lanuginatem et regimen suscipit. Et miluus
in iuuentute ab aliis auibus parum non uix differt.
Sed quo diutius viuit tanto suam naturam degenerat
plus ostendit. Quoddam enim est genus milui qui ipsius
aues capit. Alia aliud deinde comedit. tandem
uix muscas et uermiculos arripit. ut dicit Aristoteles.
Ultimo fame perit. Est autem auis impia circa pul-
los suos. sicut et uultur. Dolet enim quando uidet eos impin-
guari. ut macrescant rostro eos pungit et sub-
trahit eis cibum. Item habet quilam. fame nu-
trit. Nam quando esurit uoce querula cibum querit.

28 Nocticorax est nocticorax.
Sic dictus eo quod noctem amat. Quia de
nocte volans circuit querit clamitat. Et clamor
est uolucribus odiosus. Est autem auis lucis fugax. Et so-
lem uidere non potest et sepulcra mortuorum loca in-
habitat et frequentat. In parietibus et locis caumosis

nidificat. Ova columbarum et monedularum frangit.
Et deuorat et cum eis pugnat. Vnde dicitur noctua quia
de nocte acutius videt. De nocte autem videt. Exorto
iam splendore solis. eius visus hebetatur. Hanc in
insula Cretensis non habet. Et si venit aliunde, sta-
tim moritur. ut dicit Ysidorus.

Onocrotalus est auis in aqua sonum faciens. 29
Et faucibus autem habet quosdam folliculos. In quibus pri-
mum cibum recipit. Et receptum in stomachum ventris mittit.
Duos enim habet uentres. In uno tantum cibum recipit.
In alio tantum decoquit et digerit. Sed primus pro vesi-
cula gutturis reputatur. Vnde dicit Ysidorus. Onocro-
talus grece dicitur auis cum longo rostro. Et sunt duo
genera. Vnum aquatile. et aliud solitudinis. Que
autem in aquis manet est ualde gulosa auis. Que ro-
strum in aquam ingerens. horridum sonum facit. Precipue
autem insidiatur anguillis. quas cum arripit subito
deglutiens in aluum mittit. Deinde ruminat et sua-
uiter mouet ac si cibum in ore receptum adhuc tene-
ret. In litore quiescit. Rostrum suum super scuti-
um erigit. ut sic ipsius acumine contra insultum se
premuniat. ut sic securius dormire possit. ut dicit Ysidorus.

Pellicanus est auis que in Leuitico 30
... porphirion et dicitur nicticorax. Et est
auis egyptia habitans insulam. iuxta uiliam.
Inmunda uolucres secundum legem in munditiis in leuitico nu-
merantur. Sunt autem duo genera huius auis. Vnum in
aquis habitant. Qui esca sunt piscium. Alterum est in
terra habitans. solitudinem diligit. Cui esca sunt
alia uenenosa. Sicut sunt lacerte et huiusmodi que
pellicanus comedit. Pes in aqua pede tangit. et in ea
tantum quasi manum cum pede ori applicat et apponit.
Solus autem pellicanus preter psittacum inter aues
de pede utitur loco manus. De pellicano quoque
dicit Glosa super psalmum. et idem dicit phisiologus et hoc idem. Pel-
licanus magis est nimius amator filiorum suorum.
Cum autem gignit natos et incipiunt crescere.
percutiunt suos in faciem parentes. Propter quod mater ipsos
repercutit et occidit eos. Tertia die mater se in costa
usque ad effusionem sanguinis percutit. Super corpora
mortuorum filiorum suorum calidum sanguinem post ef-
fundit. ex cuius virtute pulli prius mortui re-
uiuiscunt. Glosa. ubi super id psalmi. Factus sum sicut pel-
licanus solitudinis. et dicit pellicanus dicitur rostro occidere
pullos suos. et inde triduo lugere. et tunc sanguinem
super eos fundere et sic illos uiuificare. Aliam

cuius morsus pullorum pellicani assignat magister
Iacobus de Vitriaco in libro de mirabilibus orien-
talium regionum. Est inquit in Egypto avis que vo-
catur pellicanus, avis magna et alarum maxime
macie, que quicquid deglutit cito emittit per se-
cessum. [illegible] cum habet intestinum, et ideo usque
ad plenam incorporationem non tenet cibum. Hec autem
non est eius species, sed que species dicitur pellicanus mater
quando nidum repente per arborem pungit et mortificat
pullos suos. Super quos triduo lugens per
triduum fertur. Dum enim in pectore se vulneraverit
et sanguinem suum eis respergit, eos a morte suscitat.
Ex sanguine vero copiosius sic effuso debilitatur
mater, unde et pulli coguntur exire pro cibo. Quorum quidam
tamen illi affectu matrem debilitatam pascunt; quidam
vero degeneres sunt et de matre nullam penitus curam
gerunt. Quos diligenter advertit mater; acceptis viri-
bus, filios se pascentes refovet et diligit; alios
vero tamquam ignobiles et ingratos a se reicit, et secum
commanere ultra non permittit.

31 Perdix de voce nomen accepit, ut dicit Ysidorus. Est
enim avis immunda. Nam masculus in masculum con-
surgit, et obliviscitur sexum preceps libido, ut
dicit Ysidorus. Adeo autem est fraudulenta ut aliena ova di-
ripiens foveat ea sic subducta. Sed hoc fraudis fruc-
tum non habet, quia cum pulli vocem audierint proprie ge-
nitricis, naturali quodam affectu putativam matrem que
eos fovebat derelinquunt, et ad illam que genuit re-
vertuntur, ut dicit Ysidorus, Plinius et Ambrosius. Non autem laborat in
cubando, in ovando sicut alie aves, sicut dicit Aristoteles. Aliquando
tegit aves grande leviter sic perdicem, et mater perdicum
volat in occursum venatoris, quousque fugiant
pulli sui; et post fugam pullorum fugit et ipsa mater
et clamat pullis suis, cuius pulli vocem secun-
tur matrem et statim querunt cibum. Est autem perdix pau-
ce pinguedinis et multe carnis, et ideo debilis
est volatus; et in volando per aerem se erigit, sed
statim post pauxillum terram petit. Et in tantum insequen-
tium et fugit, quod quamdiu ipsum videt in aere, a
terra non recedit. Ad consuetum vero campum fu-
giens [illegible] quamquam sciat in rete vel in laqueum
se mittit. Plinius dicit libro 29 capitulo 6: Fel perdicis cum
equo pondere mellis multum clarificat visum.
Unde et in pixide argentea debet reservari.
Ova eius in vase ereo cocta valent cum
melle ulceribus oculorum.

Pavo avis de sono vocis nomen suscepit. Cuius caro est 32
tam dura ut vix putredinem sentiat nec facile
coquatur, ut dicit Ysidorus. Vivit autem pavo sicut dicit Aristoteles 20 2
annis, et pullificat in fine 3 annorum. Deinde
incolorantur ei ale. Cubat autem super ova sua 20
diebus et mediante plus. Tempore [illegible].
Et non pullificat nisi semel in anno. Et parit 12
ova aut parum minus, et eicit plumas suas cum
primo ceciderint folia sua, et in primo vere
primo pluma cum arbores incipiunt folliculari,
ut dicit Aristoteles. Est autem avis non diligens fetus
suos. Sequitur enim masculus feminam et ova femine
investigat ut frangat ea, et sic luxurie magis
vacet. Quod timens mater sollicite abscondit
ea ne ab eo valeat de facili inveniri. Habet autem
pavo caput infirmum et defor-
me quasi serpentinum et cum cristatum, incessum simplicem
et occultum, collum erectum, pectus saphiri-
num, caudam oculatam, mira pulcritudine distinctam
et ornatam. Pedes habet deformissimos et rugosos.
Pennarum suarum cum miratur pulcritudinem, eas subito
deprimit et submittit. Vocem habet terribilem ut
ait quidam: vocem habet demonis, caput serpentis,
passum latronis. Et dicit Plinius libro 29 capitulo 6 dicit
quod pavo resorbet fimum suum invidens utilitati ho-
minum. Valet enim medicinale, et si raro invenitur.

Passeres sunt minute

Passer avis a parvitate sic vocata, ut dicit Ysidorus. Est 33
autem passer avis instabilis et garrula, iuxta hominum
habitacula nidificat. Avis est siquidem multe calide et li-
bidinosa. Unde caro eius frequenter in morbis est
libidinis excitativa, ut dicit Ysidorus. Passer est ovationis et
pullificationis et magne sollertie in educando
pullos suos et in nutriendo, et in plumis nidifi-
cat, et nidum suum [illegible] construit. Et ideo
pullorum stercora extra nidum eicit, et ad alendum eos
congregat araneas, vermes, culices, eos pascit.
Semina venenosa sunt lesiva [illegible]. Elleborum
et morbum caducum quod sustinet et curavit. Et fe-
mina diutius vivit quam mas. Et mas zelat pro uxo-
re sua et pro ea pugnat [illegible], ut dicit Aristoteles. Et [illegible]
lam timet et odit, et clamando ac vociferando
[illegible] pro hirundine occupaverit eas
[illegible] et rostro opponit. [illegible] diligit et pul-
los ab illa derelictos [illegible] tamquam
proprios et eos nutrit. Et si contingat aliquem laqueum

r aliquando in conspectu eius · clamitat pro adiutorio et non
cessat. circumspiciens passeres multitudo innumera
se congregant. et ut captivum liberent, pro viribus festinant.

Strucio a greco vocabulo

33 Strucio ut dicit Plinius avis est que et alas habet · pen-
nas tamen avis habere non videtur. Habet autem duos pedes et rostrum
sicut volucres. Sed propter ponderositatem sui corporis
cum avibus in aerem non levatur. Ovat ut cetere aves · sed
ova sua fovere negligit. que proiecta in harena fotu
pulveris animantur. ut dicit Plinius. De strucione autem dicit
Aristoteles. Strucio inter animalia assimilatur avi
quo ad quosdam et quadrupedi. quia in aerem non levatur. Alas
enim non habet convenientes volatui. sed etiam earum est te-
nuis sicut earum pili. multas plumas habet in in-
feriori parte corporis. Et habet duos pedes sicut volucres.
et ungues fissos sicut sunt ungule quadrupedum. Et
etiam illud est quia magnitudo corporis eius assimilatur quadru-
pedi et non avi. Tanta est caliditatis quod ferrum de-
glutit. digerit et consumit. Et ideo contra avem. Nam quando tempo-
ribus est pariendi videt eas fovere ova magis et diutissime
tenere. ut cum eorum germina concipit. calor repetitur.
et si nimius incensus calor fuerit eam quasi ad mortem
trahere. Alas autem strucionis proprietates tangit glossa super Iob.
39. ubi dicitur. penna strucionis similis penne herodii
et colore. sed non virtute. penne enim similitudinem
habent. sed volatus celeritate carent. Ad volatum nulla-
tenus se suspendit. Sub pennis induitur. et in magno
corporis gravatur. Tempus quando parere debet ut ova pariat ad
stellas quas vocamus vergilias suum pariet oculos
levat. sed oua ponit. ubi quando illa constellatio oriri
est ubi ascendere. Cum autem viderit stellam circa mensem iunii
in harenam fodit. et ibi ponit ova sua que sabulo co-
operit atque tegit. Cum autem ea relinquit · statim oblivio-
ni tradit ubi ea posuit. et numquam ultra ad ea redit. Sed eius
levitatem harena calor solis · avis fotum vel ova decoquit.
et ex ipsis pullicenos parit et producit. Cum
autem fracta testa pullicenus exierit. tempore primo
matris ipsum recolligit ac nutrit. quia in ovo derelinque-
bat. Et ideo dicit ad beatum Iob. Duratur ad filios suos
quasi non sint sui. Item strucio allit equum odit. et
tamen ei adulatur quia equus eius sine timore videre
non potest. Et si occurrerit equus contra eum. quia contra hostes
alas erigit. et alarum concussione ipsum ad fugam cogit.

34 Turtur avis verecunda

Turtur avis simplex est ut columba. sed longe castior
est pudica. Dicitur autem avis casta ex moribus

appellatur. eo quod coniugis sue castitatis · Amisso enim
pari suo. alterius copulam non requirit. Solitaria
incedit. memor societatis perdite. sic gemit.
Locum solitaria diligit et eligit. Hominum consortia vali-
de odit. Ad ortulos cum hominum et agros raro
discendit · in quibus cibum non invenit. Optimo autem ali-
mento ad iuga montium et secreta nemorum petere con-
suevit. Vernali tempore advenit. et non nimis frigi-
dis temporibus circa nocte perdit. In hyeme nudam se
plumis. et tunc in truncis cavis se abscondit.
Contra calamitatem et temporis vexationis plumis
se latens latitans absconditur quas latenter evicti-
me. Locum ad pullos congrua sibi querit. In ramis
arborum de lignis duris et nodosis nidum construit.
in quo ovat. cubat. pullificat et pullos nu-
trit. ut dicit Aristoteles. Turtur bis ovat in anno. sed non
tres. nisi quando prima ova corrumpuntur. Et vivunt
et pullificant. 14. annis. Et non descendit super
rem fetidam nec super cadaver propter cibum. Mortali-
ano eam non ledatur. sed prius et pullorum victui
particula grana invenit querit. et in locis mundis
colligit et ingerit. Alius avibus nocibilibus
gemit. Sed et pulli eius calidi et humidi sunt et
pulli columbini. ut dicit Constantinus. Ideo caro eius gravatur
ad volandum. Sed volare incipientes amittunt
illam gravitatem. Sicque eorum caro levior et ac-
ceptabilior ad digerendum. Sanguis quoque ale dex-
tre eius medicinalis sicut columbe et hyrundinis.

35 Vultur avis a tardo volatu

Vultur ut dicit Plinius · magne carnis et gravis
pulsus volatus. non habet. Horum quidam dicunt nunquam non
misceri. sed sine copula concipere et concepti generare at-
que gignere. Plerosque eos dicunt pervenire ad annos
centum. ut dicit Plinius. Hec avis est impia circa filios suos sicut
et milvus. Si enim videt pullos suos impinguari.
rostro et pedibus ferit. ut sic fiat ex dolore ma-
cies macilenta. ut dicit Plinius. Dicitur quoque autem quod magis
ungere sensus olfactus inter aves vultur et concertit ad
vincere cadaveris. Excelsius enim volat in alto. fertur
ex ista parte. et etiam. Vultur odoratur sentit ut hominum et e-
quorum cadavera. sentit. Et ideo dicunt augures. ubi
convenerint et concurrent bubones vel nimia ululatus. ali-
quando populi plagam. quod aliquo bellum certo fore
futurum constituunt. De vulture autem dicit Aristoteles.
Vultur cum pugnat cum herodio et volat sub ipsum.
et quando concurrunt ipsum interficiet. et comedit carnem

carnium. et in pugna contra alias aves. per totum venatur a meridie usque ad noctem. et ab ortu solis usque ad tertiam. In silentio requiescit. Et quando senescit. elongatur rostrum eius superius. et recurvatur in flexus. et moritur tandem fame. ut dicit Aristoteles. Idem. hoc enim accidit ei quia per errorem aliquorum putatur alium fuisse hominem. et accidit ei pregnans aquila. Sed hoc superstitiosum est. Dicitur autem idem quod quando ad superius de cibo suo. non relinquit de avibus aliis. sicut facit aquila. que reponit in nido ad alendum pullos suos. quia non de facili acquirit cibum. Nidificat autem in altis montibus. et in cunctis nemoribus. et si videt accedere venatores cum pullos suos ponit et fugit. Et nutrit pullos suos. quousque possunt volare. et tunc eicit eos a nido. et necat eos appropinquare illi loco. nec permittit unum par vulturum aliud sub ipso manere loco suo. secundum Aristotelem. Almachar est quedam species avium. timet vulturem. et ideo fugit ad aquam. et evolat a nemoribus. Et cum sic accidit. vultur ipse quando avis illa exit aquam. et tunc si potest capit eam. Est enim vultur avis multum fetida et immunda. cuius caro est durissima. et mali saporis. et gravis odoris. Et ideo ad escam mittitur. de facili per cadavera cibum petit. Sed cum descendit tamen item sursum ascendit. ut dicit Gregorius. In alto volans. cadavera in infimis conspicit. et per amorem cadaveris ad ima de sublimitate aeris se submittit. ut dicit idem. Quando autem ab aliquo impeditur. contra ventum alas parat. et sic ventum in contrario percutiens ab infimis in aera se extollit. Et ad hoc dicit Plinius libro 29. Vultur igitur inter aves gratior est serpentibus. sicut penne eius ardentes. fugant serpentes odore suo. Cor eius radiis potentium deterret serpentibus et a feris tutus. Cor eius ligatum in pelle leonis. vel lupi. fugat demones. Penna eius ligata pedi sinistro parturientis. velocem liberationem. Sed celeriter solvere ne intestina sequantur. Unguentum factum de adipe vulturis et oleo hyrcino. et cum eo nervus curatur. et vetustus sanatur. Pes eius dexter alligatus pedi sinistro dolentis. sanat ipsum. Similiter dexter sanat sinistrum pedem. Lingua eius si fuerit evulsa. et collo suspenso novo suspensa. dicitur efficere homines gratiosos. et ad impetrandum ab aliquo quod petit. Cinis ossium eius combustorum mixtus cum celidonia. cum aliis. oculos sanat morbosos. Huiusmodi Plinius in eodem libro 30. Sanguis vulturis cum herba cameleonte et cedria. sanat

lepram.

37 Ulula est avis a planctu vel ululatu nominata. ut dicit Ysidorus. Unde et apud augures. ululans significat adversitatem. tacens vero prosperitatem. ut dicit Ysidorus. Secundum hec tamen videtur esse ulula quod bubo. sive noctua. Cuius vox per augures est infesta. Glo. super Ysa. 13. c. dicitur sic. Ulula est avis corvini generis magnitudinis respersa maculis. que rostro in palude fixo. horridum sonum facit. Et per hoc videtur ulula idem quod onocrotalus. que avis est paludibus. locis dominatur palustribus. Quere supra de onocrotalo.

38 Upupa ut dicit Ysidorus. avis est incrunata. eo quod sterora humana comedit. et foetenti fimo nutritur. Avis eius est spurcissima. et immunda. cristis capitis extantibus galeata. Semper in sepulchris commoratur. vel in fimo. Cuius sanguine si quis se inunxerit. dormiturus. demones in somnis se suffocantes videbit. Cuius cor carminibus valet. unde illius maleficiis eo utuntur. De hac dicunt physici quod cum senectute senescit ita quod nec videre nec volare queat. pulli eius evellunt ei pennas inveteratas. et liniunt ei oculos herbis suis. et fovent sub alis donec renascantur plume eius. ut sic renovata perfecte volet et videat clare. et ipsi ut dicit Ysidorus.

39 Vespertilio autem nomen sumpsit. eo quod lucem fugiens aerem volet in crepusculo vespertino. Est pennis motu acuto. et tenuissimis brachiorum membranis suspensa. Et est animal solo animo nec tamen nominatur avis. quia sine pennis volatur et quadrupedes habet. quod in aliis quibusque non invenitur. Huiusmodi Aristoteles. Dicitur autem glo. super Ysa. 11. f. quod vespertiliones lucem fugientes. quia est sine sensu et talpe. pulverem sequuntur. Malum de lapidibus surgunt. Et in tumulis pinguis se abscondunt. frigidissime sunt nature. Unde tanguntur vespertilionis humoris et palpebre. ne sanie crescant pilos. ut dicit Ysidorus. Et hoc forsan est quia frigiditate sua opilat poros. quibus opilatis non crescunt pili.

Explicit liber duodecimus.

[illegible] est inventus. Hic lapis liquescit in argento quam in auro, ut dicit in lapidario; liquatus quoque igne resolutus et liquefactus colorem habet igneum rubeum. Infrigidatus vero iterum efficitur solidus atque durus, et quasi sit [illegible] auri tamen preferens aurum in valore et pretio, [illegible] inter metalla principatum. Est enim medicinale et multarum egritudinum curativum. Scoria eius seu spuma vulnera sanat et replet, et carnes superfluas in eis esse non permittit. Cicatrices inducit. Sordes corporis mundificat. Cauterium a fetore custodit. Confortat fluxibilia membra et constringit. Ex contactu eius rubiginosa contrahit. Sed ex harene et salis confricatione claritatem pristinam recipit et resumit.

Adamas est lapis indicus. 9

Parvulus et inde colorem ferrugineum habens et splendorem cristalli, numquam tamen ultra magnitudinem nuclei avellane est repertus. Hic nulli cedit materie nec ferro quidem nec igni, nec umquam incalescit. Unde [illegible] id est indomita vis appellatur. Sed cum sit invictus ferri ignisque contemptor, rumpitur sanguine calido et recenti [illegible]. Cuius fragmentis sculptores insignandis gemmis et perforandis utuntur. Hic dissidet cum magnete, quia posito adamante iuxta ferrum non patitur id abstrahi a magnete, immo retrahit, et quantumvis violenter ferrum a magnete lapide sic attrahit. Dicitur hic lapis more electri venena deprehendere. Timores vanos expellere. Et maleficiis artibus obviare. Hucusque Ysidorus libro xvi. capitulo de [illegible]. Hic lapis secundum Dyascoridem gemma reconciliationis dicitur et amoris. Quia si mulier a viro suo fuit disgressa, per virtutem adamantis in viri gratiam facile revocatur. Ad hoc dicit idem quod si verus adamas capiti dormientis mulieris caute supponatur, scire potest maritus eius an sit casta. Nam si fuit, dormiendo amplecti cogitur in lapidis [virtute] maritum suum. Si vero fuit infidelis, ab eo subito resilit et velut lapidis presentiam indignans subito de lecto cadit. Virtus quam habet lapis est ut dicit Dyas. quod in lacerto sinistro gestatus valet contra hostes. Contra insaniam, rixas et iurgia. Contra incubos et phantasmata. Contra vana sompnia et venena.

Amethistus lapis est 10

indicus, qui inter gemmas purpureas optinet

principatum. ut dicit Ysidorus. Est autem amethistus colore purpureo et violaceo permixtus. qui rosa nitens et leniter fundens quasdam flammulas et emittens. Ysidorus. Alterum eius genus descendit ad iacinctum non ex toto igneum. sed unicolorem habens. Et sunt species eius .v. Ysidorus. Sed ut dicit Dyascorides purpureus nobilior est et aliis utilior. Nam valet eis contra ebrietatem. et facit vigilem. et mala repellit cogitationes. et bonum confert intellectum. et inest ei mollities ad sculpendum.

11 Achates est gemma nigra habens albas venas. Et dicitur achates a flumine eiusdem nominis existentis in Sicilia. iuxta quod est gemma primitus inventa. ut dicit Ysidorus. iii. Modo autem in pluribus regionibus invenitur. Est enim quoddam genus creticum ut dicit Dyascorides ceruleum. Aliud genus est indicum varium cum guttis sanguineis. Primum genus ut dicit Ysidorus creditur valere magicis artibus. nam cum ipso tempestates convertit. sistunt flumina sicut dicunt. Indicum genus utile est secundum Dyas ad regum formas et simulacra monstranda sompnorum. Creticum autem genus mutat pericula. gratum facit et placentem et persuasorem et facundum. et vires confert. Tertium genus s. indicum visum fovet contra [illegible] est ut dicit Dyas.

12 Albeston archadie est lapis ferrei coloris. ab igne nuncupatus. eo quod semel accensus numquam extinguatur. De quo fabricatum est id mechanicum de quo gentiles capti sacrilegio mirabantur. quoddam enim in templo veneris erat factum candelabrum in quo erat lucerna sic ardens. ut nulla tempestate nullo ymbre extingui posset. ut dicit Ysidorus li. xvi. c. i. de gemmis.

13 Absictus est gemma nigra ponderosa. distincta venis rubentibus. Hec calefacta igni .vii. diebus calorem tenet. ut dicit Ysidorus c. de gemmis nigris.

14 Alabandina est gemma dicta ab alabanda regione asie. Cuius color similis est calcedonio. sed rarior ut dicit Ysidorus c. de cristallo. Secundum Dyas autem alabandina est gemma clara et subrufa ut sardius. cuius virtus est sanguinem provocare et augmentare.

15 Argyrites est gemma argento similis habens stigmata aurea. est similis in colore andromada. Est enim lapis cuius color argenteus est. ut dicit Ysidorus. cui est forma quadrangula. sicut tessera. et fortitudo sicut adamantis. Huic putant magi nomen impositum ab eo quod animorum impetus vel iracundias credunt refrenare. ut dicit Ysidorus c. de gemmis aureis.

Astrion est gemma indica cristallo propinqua. in cuius centro fulget stella fulgore lune plene. Sic autem dicitur ab astris. eo quod posita fulgorem rapit. Ysidorus c. de cristallo. 16

Alectoria sive alectus est lapis qui invenitur in ventriculis gallinaceis cristallo obscuro. cuius ultima magnitudo est ad fabe quantitatem. Hec in certaminibus magos credunt reddere homines insuperabiles et invictos. ut dicitur in lapidario. De hac gemma dicit Dyas. Allectorius lapis excitat venerem. gratum facit et constantem ac victorem. discretum et oratorem. Amicos reformat. et repressam sitim in ore. 17

Asterites est gemma candida inclusam continens lucem sicut stella intus ambulantem. reddens quasi solis radios candidantes. 18

Amatites est lapis vel gemma aqua seu vestis fumo contacta. contra ignes resistit et si igni imponitur non ardebit. sed splendore accepto nitidior apparebit. et est similis allumini scissili. omnibus magorum maleficiis obviat et resistit. ut dicit Ysidorus li. xvi. c. x. 19

Bitumen terre gleba limosa et viscosa in locis pape paludibus generata. Est autem secundum Ysidorum li. xvi. c. ii. quedam terra glutinosa que iuxta locum asphalti in iudea reperitur. Cuius natura est ardere et igni cognata. Et est tante tenacitatis quod nec aqua nec ferro rumpitur. sed solum sanguine menstruali. Est autem utilis ad navium compaginationem. De hoc bitumine dicitur in platea sic. Asphaltum i. bitumen iudaicum calidum et siccum in secundo gradu. Et est terra nigri coloris. ponderosa et fetida. Et est terra ut dicunt aliqui de spuma maris mortui generata et indurata. Hec autem virtutem attrahendi. consolidandi et consumendi. Et ideo valet ad vulnera et ulcera consolidanda. si pulverizetur et sictonia superponatur. Et si vulnus fuerit multum longum et latum. valet etiam ad passiones matricis spiritualia comprimentis. si ponatur super carbones et fumus eius qui est fetidus super os et nares contrahatur. valet etiam super flegmaticos soporosos litargicos. quia flegma de capite multum purgat. ut dicit Plat. 20 sup

Berillus est lapis indicus viriditate similis smaragdo. sed cum pallore pellucet. ab indis in sex angulas formas. ut color hebetu- 21

do vrepeusti agelorum exercite. alii autem polite
non habent fulgorem. Gemma autem est secundum .x. ut dicit ysi.
c. de viridibus gemmis. Ubi quidem statim subdi
tur cristoberillus species .s. est berilli. cuius
pallida viriditas in aureum colorem resplen
det. Et hunc quam india nutrit nobis. Be
rilli virtutes describens dyasc. dicens. inter beril
los qui magis pallet melior est. Virtus eius
contra pericula hostium. Contra lites invictum
reddit et mitem. Ingenium bonum adhibet.
Valet contra vitia epatis. Et contra suspiria et
eructationes. Humidos oculos sanat.
Manum gestantis exurit si soli oculo op
ponatur. Homines magnificat. et amorem
diligit coniugalem.

22 Calculus est lapis exiguus a mixtura. rotundus atque
durissimus. parvus et ex omni parte levis
simus atque planus. Dicitur autem calculus eo quod
sine molestia seu brevitate et planitie a
pedibus conculcetur. Cui contrarius scrupulus lapil
lus .s. asperimus et minimus. qui si inter pedes et
calceum inciderit valde nocet. Hinc et saxa dura
scrupea .i. aspera atque dura. ut dicit ysi. li. xvi.
c. iii. Sepe autem lapilli in corpore animalis ex calidis
et viscosis humoribus nunc in vesica. nunc in renibus
generantur. ut dicit constan. Quere sup. li. vii. de
passionibus renum. c. de calculo.

23 Cos est lapis. sic dicta eo quod ferrum ad incisionem
cui acuat. Cotis enim greco sermone incisio dicitur ut
dicit ysi. Et ex his alie sunt aquarie. alie ole
o indigent in acuendo. sed oleum lenem. aqua vero aci
em acerrimam reddit. ut dicit ysi. li. eodem. c. iii.
Hec autem cotis proprium habet quod in hoc quod acuendo alia
sunt. paulatim se consumunt. ut dicit gg. pulvis
vero eius ab ipsius silice resolutus congruit medi
cine. Virtutem habet desiccativam. Expulsivam.
Et sanguinis restrictivam. ut dicit y^a.

24 Calcis sive calx est lapis adustus.
Lexcul admixtus cum harena et aqua fit ce
mentum. Est autem calx dicta viva ut dicit ysi. quia cum
sit actu frigida. intus in occulto ferventem habet vel
continet ignem. Unde et perfusa aqua statim ignis erup
latens. Cuius natura aliquid mirum habet. postquam enim ar
serit in aquis quibus solet ignis extingui. oleo vero
extinguitur quo solet ignis accendi. Usus
enim eius fabrice necessarius lapidi non potest here

fortius non alias sic conveniet. Calcis autem que fit ex
lapide albo et duro. melior est structuris. ex
molli vero utilior est tectis. huiusque ysi. li.
xvi. c. iii. Calx autem per se posita calida est et sicca in iiii.
gradu. que mixta cum oleo. pustulas et vulnera
putrida mundat. et est dissolutiva. carnem
superfluam corrodit. unde in vulnere crescentem prohibet.
Calx viva cum auripigmento et aqua et ad
modum pultis decocta. pilos eradere facit. quia suo a
cumine poros aperit. ut dicit constan. et plat.

Cementum est calcis et 25
harene cum aqua tempte commixtio et mixtu
ra. que ad lapides coniungendos et parietes linien
dos et dealbandos summe est necessaria. In picturis et
coloribus pictum primum sternitur et papirum est ce
mentum. Cui autem adheret picta humefacto. et maxime
si fuerit de plastro sive de gypso. Plastrum ut dicit
ysi. calcis est cognatum optimum autem omni lapi
de est de lapide speculari secundum cementum quod lapis
translucet sicut vitrum. et multum scissilis in te
nues crustas. ut dicit ysi. Et est idem quod plastrum
quod in greco dicitur gypsum. sed in teutonico spetecallo
nuncupatur.

Carbunculus lapis est preciosissimus. sic dictus quia 26
ut carbo est igniculus. Cuius fulgor nec nocte
vincitur. Lucet enim in tenebris adeo ut flammas ad
oculos vibret. Gemma autem est secundum .xii. sed prestantiores
sunt qui fulgent et emittunt radios sicut ignis. ut dicit
ysi. li. xvi. c. xiiii. Ibidem subditur. Carbunculus
grece anthrax dicitur latine. Gignitur in libia apud
trogloditas. Inter has .xii. species prefulget qui
ignei est coloris. sed candida vena precinctus.
Cuius est proprium quod proiectus in ignem velut intermor
tuos carbones extinguitur. sed aqua perfusus exar
descit. Alia est species carbunculi nomine starcadise
aloco idest ubi invenitur sic dicta. In cuius specie velut
intra lucidos ignes apparent quedam gutte quasi auree.
Et hec gemma est pretii incomparabilis respectu aliarum.
Alia est species quam signes appellant alucnar fra
grantia sic dicta. Et hanc gemmam remissum carbun
culum dicunt. Et est duplex. Una que ut purpura
radiat. Altera velut coccinei coloris seu rubo
ris a sole vel attritu digitorum calefacta paleas
et cartarum folia ad se rapere dicitur. Sculpturis re
sistit. Si vero aliquando sculpta fuerit. dum signa in ce
ra reprimit quandam alius morsu partem cere

secundum tollit. ut dicit ysidorus libro eodem. Ad speciem carbunculi reducitur balagius qui rubeus est et pulcherrimus ut dicit dyascorides. Et dicitur quasi species carbunculi invenitur in vena saphyri quandam nebulam ad modum favillae cuius igneam balagine contrahit. quae circa eius superficiem se diffundit. Et sic patet sensibiliter si diligentius contempletur.

27 Celonitis est lapis ethyopie qui lux celat. et prodit obscuritas. De nocte enim est igneus. de die vero aureus. ut dicit ysidorus libro eodem. In die enim quasi evanescere et fulgorem amittere. quasi aurum expallescit. Est et alia species celonitis quae media nitet. Hic celonitis est similis prasso in colore suo proprio. et respergitur quibusdam guttis aureis. ut dicitur in lapidario.

28 Calcedonius est lapis pallidus. et extrinsecus praetendens colorem qui medium inter berillum et iacinctum. ut dicitur in lapidario. Nascitur autem apud nasomonas ut fertur a domo hymbris. Et invenitur ad repercussum lucis plene. ut dicit ysidorus libro xvi. Non invenitur nisi ex loco ut dicit lapidarius. Omnia enim genera sculpturae resistunt. Calefactus paleam attrahit. ysidorus. Hic lapis perforatus et portatus facit vincere causas. Et valet contra illusiones demonum. et virtutes conservat. ut dicit dyascorides.

29 Crisolitus est lapis ethyopie. ut aurum lucens. et ut ignis scintillans. maris in colore est similis declinans ad viriditatem. Hic auro positus in sinistro lacerto portatus. dicitur terrere demones et fugare. Iuvat contra timores nocturnos. Et melancoliam minuit aut repellit. Et confortat intellectum. ut dicit dyascorides. Crisolitus quaedam species est crisolimphis. Cuius color de die aureus. de nocte vero igneus iudicatur. Est et alia species crisolita que dicitur crisolentus. colore aureus. Cuius aspectus de mane pulcrior est. Deinde ebetatur eius color. et est ignis capacissimus. Cui si iuxta ignem fuerit. cito inflamatur. ut dicit ysidorus libro xv. capitulo de gemmis aureis.

30 Celidonius lapis est modicus. et parvus. Huius due sunt species. scilicet niger et rufus. De ventre hyrundinis extrahuntur. prius quam terra et de foris mest. Sed in ventribus non sunt maioribus inpares. immo multis aliis sunt maiores. Valet enim rufus contra lunaticam passionem. et contra insaniam et antiquum langorem. Facundum facit et gratum et placentem. Sed iste non valet contra nocivos humores et febres et iras. et lotus aqua sanat oculos. haec omnia dicuntur in lapidario.

Cristallus lapis est resplendens clarus et colore aquosus. creditur quod sit nix vel glacies per multa annorum spacia indurata. unde et nomen ei graeci dederunt. Gignitur in asia et in cypro maxime in septentrionalibus alpibus. ubi in estate sol ferventissimus invenitur. Et ideo quia annosa et diuturna reddit hanc speciem quae cristallus nominatur. Is oppositus solis radiis. adeo rapit flammam. ut aridis fungis igne praebeat. visus eius ad pocula tantum vero nichil aliud operatur quam frigidum pati potest. huc usque ysidorus libro xvi. capitulo viii. De cristallo autem dicit dyascorides. Cristallus non in frigoris tantum. sed in magis terrestritatis in lapidem induratur. Color enim illius glaciei est similis. Hic vero est contra sitim et ardorem. quod tritus melle et potatus lacte replet ubera. si ex causa caliditatis iam prius sit amissum. Et quod suspensus in potu naturalis contra colicam et viscerum passionem si non adsit constipatio. Lapis est purus. Unde victus et alia quae in eo ponuntur manifestat. Quod autem ex aqua nulla fiat cristallus dicit glosa super Ecclesiasticum xliii capitulo. Hic inquit aqua exsiccata superfluitatem. sed per frigoris vehementiam in cristalli convertit firmitatem. Unde in ecclesiastico scribitur. Flavit ventus aquilo. et congelavit cristallus. etc. Et hoc assignat aristoteles in mete. in libro meteororum. iiii. Lapidea de substantiis mineralibus nulla sunt aqua. ut dicit Ricardus rufus. Lapidea mineralia sunt de aqua. Sed cum quia habent de terre siccitate plus quam liquabilia. ideo non congelantur solo frigore aquae sed ex terrea siccitate quae permutat aquosum in terreum. quod non super aqua dominatur et vincit frigiditas supradicta. Ex quo patet quod vera est verbi glosa. et auctoritas quae dicit quod ex aqua potest cristallus generari. 31

Ceraunius est lapis cristallo similis. ceruleo colore infectus. et est apud germaniam. Alter est hyspanice rutilans ut flama. 32 Hic in cadit de locis tonitrui. et dicitur contra nimium fulgur opitulari. ut dicit ysidorus libro eodem. Idem in lapidario ubi dicit. Cum tonat horrendum. cum fulminat igneus ether. Nubibus illisis celo cadit ille lapillus. Qui caste gerit hunc. a fulmine non ferietur. Nec domus aut ville. quibus affuerit lapis ille. Ut navigetur est ad praelia et causas mercantis. et valet ad dulces sompnos. ut dicitur ibidem.

33 Corallus nascitur in mari
rubeo, et quamdiu tegitur aquis lignum est, sed statim
quum extrahitur et tangitur aere in lapidem indu
ratur. Sunt autem ramuli eius sub aqua candidi et mol
les, et extracti cum retibus rubescunt et lapidi
ficantur, ut dicit Ysidorus capitulo de rubeis gemmis.
Et secundum idem, quia cum apud nos pretiosa sunt Indica et
margarita, tanto pretiosus est corallus apud Indos.
Huic magi dicunt resistere contra fulmina. Ysidorus idem dicit
in lapidario ipsius: Est coralli mira potestas,
fulmina, tiphonas, tempestates quas repel
lit a rate vel tecto quemcumque gerentem. Est autem duplex, albus
et rufus, et numquam ultra semipedem longus invenitur. Rufus
maxime valet contra omnem fluxum sanguinis. Contra epilentiam
et contra diabolica et varia monstra. Confert applicatus
fructibus et expedit fines et principia negotiorum.

34 Corneolus lapis est rufus
et obscurus velut lotura carnis est et pretiosus, qui in collo suspen
sus vel digito portatur in disceptantibus ferventes i
ras mitigat. Sanguinem ex membro sistit quacumque flu
at, precipue talem ... feminarum fluxum, ut dicitur in lapidario.

35 Dyonisius
lapis est niger vel fuscus rubentibus venis sparsus.
Teritur autem ita quasi aqua mixtus convertitur in vinum fla
grat, et tamen quod in illo mirum est ebrietati resistit,
ut dicit Ysidorus libro xvi.

36 Diadocos lapis est pallidus, lucens ut berillus,
et est aptus ad responsa demonum optinenda.
Excitat enim demones et fantasmata. Et si defuncto
quis forsan applicet, illum protinus aspicit solitas a
mittere vires. Nam sacer hic lapis est, et quod mors ret
inet abhorret. Sic dicitur in lapidario.

37 Es a splendore eris est vocatum, ut dicit Ysidorus. Apud
antiquos enim ante quam ferri cognitus fuit usus. Ere
quippe primi proscindebant terram, et belli certamina
gerebant. Tunc aurum et argentum reiciebant, nunc vero
aurum in summo honore est. Sic volubilitas etatis
commutat tempora rerum. Ubi supra Ysidorus libro xvi. Idem autem
est es et cuprum, quia utrumque ex eodem lapide per
decoctionem ignis resolvitur. Lapis enim calore re
solutus in es vertitur. Job xxviii. Componitur autem
es sive cuprum sicut et alia metalla ex sulphure
et argento vivo. Sed hoc accidit quando plus est de
sulphure quam de argento vivo, et sulphur est
terreum non purum, rubeum, habens colorem adurentem.
Argentum vero vivum mediocre, nec nimis
crassum nec nimis subtile. Ex talium commixtione es
generatur. Sic dicit Ge. Sicut autem dicit Ysidorus capitulo de ere, es
si fuerit admixtum aliis metallis colorem mutat
propter et virtutem, ut patet in auricalco, quod in ere cochio
quod cum diversis metallis est coniunctum. Unum genus est al
bum ad morem argenti accedens. Aliud fulvum
speciem auri exprimens. Tertium in quo cunctorum
est temperies. Est et aliud genus quod dicitur coronarium,
quod scilicet ex ductili ere in laminas attenuatur
et felle tauri tingitur, speciem auri pretendit in coro
nis histrionum. Unde et coronarium est vocatum.
Est autem quoddam ductile et malleo producitur, regulare
appellatur, et contra fusile quod tantum funditur. Sed quod fusi
le est sub malleo fragile est. Cuprum autem est bene pur
gatum et ab omnibus vitiis excoctum ductile efficia
tur et regulare. Es autem in frigore magno melius
funditur, et celerius rubiginem contrahit nisi
oleo purgatur. Est inter omnia metalla es vocalis
simum et maxime potestatis. Hinc unde Ysidorus dicit
libro xvi. maxime convenit usui tubarum et tympanorum
propter suam sonoritatem et durabilitatem. Unde etiam
quia maxime est maxime duritiei et compactionis.
Unde non facile frangitur nec putrescit in rubeo igne et
fortissimo exuritur. Oportet autem noviens combu
ri es antequam perfecte excoquatur de lapide et purgetur.
Sicut multipliciter sepius constiterit, assueverunt in loco ubi
foditur eris purgatores. Vasa enea rubigi
nosa sunt et eruginosa nisi sepius harena aspera con
fricentur. Olfactu quoque et gustu sunt abhomina
bilia nisi cum stagno sint linita. Et si sine
stagno fuerint, de facili urit et corrumpitur, ut dicit
Ysidorus capitulo de stagno. Es vero exustum et pulveri
zatum, ut dicitur in Plateario, habet virtutem dissolvendi, consu
mendi et extenuandi, et humores noxios exp
urgandi. Vulnera sanat, caligines oculorum pur
gat, superfluas carnes corrodit et ulterius
crescere non permittit, ut dicit Platearius et etiam Dyas.

Electrum est vocatum eo 38
quod ad solis radium auro clarius luceat ac ar
gento. Nam solis electrum dicunt effectores. Et hoc me
tallum omnibus metallis est nobilius. Huius tamen sunt genera.
Unum ex pino arbore fluit, quod sucinum dicitur,
primo enim quando fluit de arbore est liquidum gummi,
sed postea indurat calore vel frigore in duritiem
lapidis perspicui, ut cristallus. Alterum genus
metallum dicitur, quod invenitur in pretio habetur. Tertium

fit de tribus auri et una argenti. Electrum vero quod
naturale est vere ut in convivio ad lumina clarius cunc-
tis metallis fulgeat et venenum prodit. Flam-
mas enim dicitur fundere et cum circulos et colores varios
in modum arcus celestis se mutare subito con-
suevit. Hec omnia ysidorus libro xvi de metallis ubi supra.
¶ De electro etiam agitur di. xv. cxx. Dicitur aurum
in quantum granum miscetur cum argento. argenti ad cla-
ritatem contraditur et cum claritate argenti re-
putari. veritate semel non possit. tamen modo ad decorem
quo commixta argenti aliquantulum expallescat.
Electrum quod verum a quibusdam arpigo dicitur eo quod ale-
digitorum accepta coloris omnia folia et pale-
as et vestimentorum fimbrias rapiat et attrahat
sicut magnes ferrum. ut dicit ysidorus libro xvi. c. de ru-
beis gemmis. De stagno etiam quoque modo ratio vo-
luit. recipit colorem et tincturam. Unde de radice arcu-
fit et tactio de stagno incantatur ut dicitur ibidem.

Ethites lapis est indicus et persicus qui in
39 litoribus oceani infimi terminis indici ma-
ris quandoque reperitur. Est autem lapis colore puni-
ceo sicut dicitur in lapidario. Et est duplex ut dicit ysidorus.
scilicet masculus et femina. Unde et bini semper in nidis
aquilarum inveniuntur. nam sine his parere non potest aquila.
Istos lapides servat in nido suo. Horum masculus
durus est similis galle et subrutilans. femineus
vero mollis est. Et hii lapilli alligati pregnanti
faciunt partus celeritatem. et cum faciunt aliquando aborti-
re si nimis diu dimittuntur aliquid excidunt multe
nisi cito a pregnantibus auferantur. ut dicit ysidorus libro
xvi. c. iiii. Hic enim lapis intra se pregnans alium la-
pidem in se tenet clausum ut dicit dyascorides. et in lapi-
dario dicitur. Continet hic alium pregnantis more la-
pillum. ¶ Est vero et confert sobrietati. ¶ Auget
divitias et amorem. ¶ Et facit victorem et favora-
bilem. ¶ Et caducorum prohibet casum. ¶ Si de veneni
fraude aliquis suspectus fuerit. si reus fuerit. hic la-
pis sub cibo eius positus cibum deglutire non permit-
tit. quo si lapis subtractus fuerit cibum deglutire
non tardabit.

Emachites lapis est rufus ferrugine affi-
40 nis et indicus ac arabicus. sic dictus eo quod cote re-
solutus in colorem sanguineum mox erumpit. ut dicit
ysidorus. ¶ Valet contra vesice fluxum et oculorum dolores.
Confert venenum et serpentis morsum. ¶ Et ven-
tris fluxum. ¶ Et sanguinem constringit et maxime
muliebrem et gingivarum. ut dicit dyascorides. Iuxta placitum autem
dicitur esse siccitatis et stateris compositionis. Et hec virtute con-
stringendi fluxum sanguinis. Ab emath quod est san-
guis. et chites quod est similis sibi. Unde valet emop-
toicis. id est sanguinem vomentibus. et dissintericis
singulare presidium est.

Elitropia gemma est viridis cum guttis pu- 41
niceis. venis sanguineis respersa. Et est
sic dicta ab effectu. quia si ponitur in aqua radiis solis
opposita ebullire facit aquam in vase positam. et re-
solvit in nebulam. et post pusillum resolvit in
guttulas pluviales. Hec eadem gemma vide-
tur posse facere mira. Sola posita in pelui in aqua
clara radios solis mutat. et ex aeris repercussi-
one obumbrare videtur radiorum solarium claritatem.
et quasi inducere in aere quendam sanguineum colorem.
ac si sol interpositione corporis lunaris ad solem.
sol eclipticus pati tenebras videatur.
Et ideo quia ita videtur solem posse mutare claritatem.
elitropia id est solis aversio nuncupatur. Et hec
expresse dicit ysidorus. et dyascorides. et in lapidario dicitur. ex re
nomen huic est elitropia gemma. quod solis radiis in
aqua subiecta vacillat. sanguineum reddit muta-
to lumine solem. Eclipsique novam terris effundere
cogit. et cetera. Et dicit ysidorus. quod manifestat incantatorum
stultitiam et magorum qui suis prodigiis gloriantur.
Illudunt enim hominum aspectibus in hiis que operantur.
sicut facit gemma supradicta. De qua et ficta dicunt
quod herba eiusdem nominis cum quibusdam incantationibus sacra-
ta. fallendo visum intuentium facit portantem
homines non videri. Inter multas alias est gemma hec
commendabilis. Quia sanguinem stringit. venena pel-
lit. sed fallit potius quam lapidem istum gessit. et cetera.

Enidros parvulus lapis est et mo-
dice perpetuis distillat guttis. nec tamen liquefit 42
omnino. nec efficitur aliquo modo minor. Unde dicitur in lapi-
dario. perpetuo fletu lacrimis distillat enidros.
Qui velud ex pleni fontis scaturigine manat.
Et dicitur ideo quia difficile est huius reddere racionem. Quia
si gutta defluit de lapidis substantia quare non minor
efficitur vel omnino liquescit. Si vero res vel aliud
ipsum ingreditur. quod est quod ingredientes non repellit egre-
dientes. Potest tamen esse ut non videtur quod virtus lapidis
condensat in aquam aerem de vicinius propinquantem.
Et ita videtur exire de substantia lapidis. quod egre-
ditur de substantia aeris circumstantis.

43 Epistites est lapis rutilans
et rubicundus. Qui extra ardentis gestatus
tutum servat. Compellit seditiones. cohercet
locustas et volucres. steriles nebulas ac
grandines astructus terre. Et oppositus soli. i-
gneos et rutilos emittat. Et si hic lapis in aquam
ferventem proiectus. cessat eius ebullitio. et post mo-
dicum frigescit. ut dicit ysidorus et dyascorides.

44 Exacolitus lapis est sic dictus eo quod yliacos dolori-
bus distringit. Est autem parvus valde. Et efficax contra ce-
los in ventris horis tremulosos. ut in libro ia aput
trogloditas invenitur.

45 Ferrum a feriendo est dictum. ut dicit ysidorus. Sua enim
duritie ferit domat et concutit. genera
metallorum. Quod quamvis de terra originem con-
trahat. durissimum tamen est et solidissimum.
Et ideo omnia alia feriendo comprimit et dilatat.
Et hoc ut dicit ysidorus. in ex terra nomen assumi-
tur variatur. quia secundum hoc magis durum vel minus
invenitur. Generatur autem ferrum secundum Aristotilem ex argento
vivo. crosso. non mundo nec poroso. terreo et
sulphure grosso non puro. in cuius compositione plus
est de predicto sulphure quam de argento vivo propter
dominium frigidi et sicci. et terrei. ferrum frigidum
et siccum valde durum est in suis partibus et compactum
Et quia minus habet in se aerei et aquei humidi.
quam alia metalla. ideo ad resolvendum in igne diffi-
cile est. et genere ad remolliendum. ut dicit Plinius.
Ferramenta vero cum oleo tangere mos est. ne
aqua frigiditate nimium indurentur. ut dicit ysidorus.
Ferrum ex sanguinis contactu citissime rubiginem
contrahit. et cum eius subitum subvertitur. ut vi-
detur. Unde dicit ysidorus. Rubigo est vicium corrodens fer-
rum. Quod ei accidit vel sue sibi pravitate. vel
ex terre contactu et vicinitate. vel ex sanguinis
sive cuiuslibet infecti aut humidi vaporis qua-
litate. Et subdit idem. A ferro igitur sanguis
humanus se ulciscitur. Quia de re nulla alia
tam cito per rubiginem consumitur sicut quando humano san-
guine inmundatur. Cum adamante concordiam
habet. Unde et adamas ipsum attrahit. et ferrum
attractum vel mediante argento vel eneo.
ipsum sequitur eique subicitur et obedit. Si ferrum
bene politum alumine vel aceto linitum fuerit. si-
mile erit et rubiginem carebit. Politum
ferrum extra sui medulla divina fuit

plinium. ysidorus. Ferrum calidum si in vino vel in lac-
te sepius extinctum fuit. ipsum vinum splenaticis
et aliis morbidis medicinale fit. ut dicit
constantinus. Ferrum quoque ut dicit ysidorus. accensum igni. nisi indu-
retur ictibus corrumpitur. rubens igne non est utile
ad comedendum. nec antequam rubere incipiat al-
bescere vel albere. Usus ferri utilior est
homini ut in pluribus. quam usus auri. quamvis plus dili-
gatur aurum secundum affectum ab avaris. Sine ferro enim
res publica tute non agitur. quia sine eius metu
securitatis ab hostibus non habet. Ferro communis iu-
sticia regitur. tuetur innocentia. et ipsorum audacia
a ferri metu cohercetur. Sine ferro nullum
fere opus mechanicum nec perficitur. Nullum
edificium construitur. Agricultura nulla terre
exercetur. Et ideo secundum ysidorum est dictum ferrum eo quod farra
id est semina condat. Quia sine ferro nec primis de-
terra acquirit. nec quoque secundum primis sine ferro con-
grue dividitur. ut usui est ab homine assumatur.
Item ferrum ferro acuitur. ut dicit salomon. Nam
confricatione mutua ebetata ferri acies iterum
attenuatur. et sic acuitur ut facilius quelibet incidat.
Scoria dicitur ferri inmundicia que in igne excoquitur.
Et est sic dicta. eo quod de ferro igitur violentia sit
excussa. ysidorus.

Ferrugo est limatura ferri. sicut squama eris 46
quod evolat ex percussione ferri. Et habet virtutem su-
randi et attenuandi. Et ideo valet contra opilationem
splenis. Vomitum tamen potatus excitat. quod aliquan-
do usque ad mortem in pulvere cum manu vel aqua
in qua per noctem iacuit eius violentia reprimatur.
Contra emorroidas dicitur esse pulvis eius op-
timus. Dissinteriam fluxus ventris stringit. ut in
platea. Ferrugo quoque dicitur ferri rubigo et cor-
rosio. terra accorrodendo. Dicitur tamen erugo ab
ere dicta. non ab eruendo. ut dicit ysidorus. Omnia siquidem
tangentis inficit. et maculam deformem post se re-
linquit. Quanto ferrum magis purum et politum.
tanto evidentius et citius cum rubigine deturpatur.
et difficilius removetur. nec de facili deponitur.
In ferro mors. Sed per ignem excoctionem. per fer-
re sui lime corrosionem. vel per collapsionem
lapidis et durioris harenule extersionem.
hoc autem habet proprium eruginis infectio quod levi
occasione revertatur ad locum in quo similis radicavit.

Gleba ex collectione 47

pulueris et simul in uno glomere adherent et cadu
nati. ysi. li. xvi. c. i. Tamen cum ligata glebula est.
Soluta uero puluis. Indurata in globum crescit semen
non recipit. et receptum erumpere in germen non permittit.
Constricta uero terra semina atque nutrit. per pluuiam
autem remollita quadam pinguedine in se recolligit. quam
ad seminum producendarum radicibus circumfundit ut
dicit gg. Alia autem est gleba nam ista continet mineralem.
Et ideo ex glebis diuitiarum rerum species producuntur.
sicut dicit gg. super illum locum iob. xxviii. Lapides sa
phyri locus eius et glebe illius aurum.

88 Gemma dicitur eo quod luceat ad instar gum
mi. ut dicit ysi. Gemme siquis magnum deco
rem uarietate colorum prebent auro. Ideo autem dicitur ysi. et
preciose quia rare sunt atque care. Omne enim rarum magis
et preciosum uidetur. Sicut scriptum est. Erat sermo dei pre
ciosus. i. carus. ysi. Sicut autem alicui dubium uideri dubi
um autem firmum quin sua sit uirtus diuinitus insita
gemmis. Quia sicut dicitur in lapid. Igneus est his uis
ut tamen maior gemmis. Quarum quedam in uenis
terre inueniuntur. et cum metallis effodiuntur. Quedam
tamen ex fluxu maris euomuntur. et gemmis ipsarum lo
cus ignorat. Et solet gemme sepe in littoribus
maris et fluuiorum glareis reperiuntur. Quedam
in corporibus auium et reptilium sepe formantur. Vnde
quedam gemme eruuntur in cerebellis inueniuntur in uen
tre diuinitus ministrante. quia nobiles sunt et uere
sunt ut dicit ysi. c. de gemmis aureis. In quibus tamen ad
gemmarum generibus ueris a falsis discernendis ma
gna difficultas est. Sunt sepe illeque sunt fle et so
physticate ueris imitatione tamen similime. ita ut
uix possit ut alophysticas deprehendi. Quia quidam
ut dicit ysi. per smaragdo uitrum arte inficiunt.
et fallit oculos subdola quadam uiriditatis simulatione
do. sicut enim et fraude nulla inmortalium uiti est. ysi.
Omnes autem non translucidas gemmas ceteras solemus
appellare. eo quod densitate sui obscurentur. ysi.
Sed sepe falluntur sic iudicantes. quia plus mi
rum sepe latet in paruulo adamante ferrugi
neo et obscuro. quam in sardio lucidissimo uel

89 Gagates lapis est / berillo.
rutilus. et tamen preciosus quod primo in sicilia agri
gentine sicilie est reperto fluore fluminis ad ri
pam eiectus inde et nominatus. Et in britania sic plu
rimus et eximius. ut dicit ysi. Est autem duo sunt. s. glau
cus et niger. siquidem autem est planus. leuis. et tacu

le combustus igni appositus terra fere sic et
hinc. Serpentes autem odore suo periter fugat. De
moniacos pellit. et demonibus contrarius est prouatur. Vir
ginitatem pellit. Quia aqua eius bibita si bibens
est uirgo. non urinabit. Si autem non est uirgo. statim uri
nam emittet contra uoluntatem. ut dicit dyas. Et
sic uirginis per lapidem experitur. ut dicunt auctores.
Item cum lapis est magis quam glauc actu digitorum est
lesitur paleas leues sibi apponit attrahit co
fricatus. Potus autem confert ydropicis. quia nocuum
constituit humorem. Et dicitur confortare ea uir sua for
san siccitate et occulta qualitate. Item puluis
eius appositus dentes ro/toruo debiles et languidos.
Item mixtum est ualet contra fantasmata et nocturnas
demonium uexationes. Item suffumigium suffumigio
eius prouocat menstrua. quando casu aliquo sunt retenta.
Item dicitur sedare dolores uentris. quando stomachum
patitur cum aliqua subuersione. Item iuuat prestigi
as et cauteria dura resoluit. ut dicitur in lapid.
Item ualde accelerat partum et adiuuat parientem.
ut dicitur in lapid. Vnde si lapis tam crossus et rudis
tanta mirabilia operatur. nullus potest exticere aliqu
em uirtutem occultatam est quadam uirtus latet in eius
igrate. De hoc autem lapide dicit ysi. in aqua autem accen
ditur. extinguitur uero in oleo. quod est mirum.

Galactites est lapis colore ci 90
nereus. gustu suauis. Qui si atteritur sui
quadam lac ex umore se emittit. ut dicit ysi. Iste
lapis in ore clausus tenet mentem. Circumdatus
collo. ubera lacte replet. Alligatus femori
tur faciles partus. Conterus aqua et sale si circumsper
gatur ouili. omnes replentur lacte. et scabies fu
git ab eis. ut dyas. dicit.

Gelacia est gemma candida huius speciei grandis 91
in figura. Et est tante frigiditatis. quod nunquam
ab igne calescit. ysi. et dyas.

Gerartites lapis est niger. Et suscipit uirtute colo 92
rem. quam primus abluto secum gestantur ore.
dicere mox potest quod de se cogitat alius. Sicut dicitur
in lapid. Dulcem reddit et amabilem eum sic quod est.
Sic quam plus uel est. Sicut si inuncti suis corpus
aurum melle. et muscas expositum. relinquent eum
musce si prius suis iste lapis. Sed si lapidem
subtraxit. sugget eorum eius et corrumpendo.

Iaspis gemma est uiridis 93
smaragdo similis. Sed crossioris semper est co-

loris. Cuius species sunt xvii. ut dicit ysidorus. Sed iaspis viri-de vero prima esse dicitur. Quamvis autem eius color precipue sit viridis, tamen multos habet alios intermixtos. Cuius virtus est reprimere febres et ydropisim in hiis qui gestant ipsum caste. Iuvat et parturientem. Fugat fantasmata. Et mentis pericula facit hominem tutum. In veneriis refrigerat ardorem. Fluentem compescit sanguinem et fluxum. Luxuriam cohibet. Et impedit conceptum. Malis menstruate resistit et emorroidis. Si pulverizetur eius cum lacte ulcera inveterata sanat. Sordes oculorum purgat et visum acuit et confortat. Colericis et iratis omnibus resistit. Efficacior est in argento quam in auro. In capite aspidis invenitur lapillus iaspidi similis qui mire dicitur esse efficacie et virtutis. Et ideo quidam iaspidem qui aspidem terret esse putant. Tot autem esse dicuntur hee virtutes quot habet diversas venulas et colores, ut dicit dyascorides. In montibus Scicie invenitur optimus et griffonibus custoditur quemadmodum et smaragdus, ut dicit ysidorus.

54 Iacinctus lapis est ceruleus et saphyrini coloris aliquantulum et antiquus, ex colore suo nomen habens, ut dicit ysidorus. Lapis iacinctus qui autem est qui in ethyopia est invenitur optimus est, qui nec nimis clarus nec est nimium obscurus nec obtusus, sed ex utrisque temperamento medietate est refulgens. Ysidorus. Hic non rutilat equaliter. Sereno enim gratus et est perspicuus, in nubilo coram oculis est marcidus et obtusus. Ysidorus. In os missus sentitur frigidus. Ad sculpendum est durissimus, non tamen est invictus, quia adamante scribitur et signatur, ut dicit ysidorus. Sed in dyascoride iacinctus lapis est nunc coloris cerulei, nunc subrufus, nunc purpureus sive venetus. Et sunt tres species, scilicet granati, citrini et veneti. Sed inter istos granati i. blaundi sunt meliores. Iste lapis mirabilis est, quia aeri maxime se conformat, ut in nubilo sit nubilosus et in sereno sit serenus. Istius lapidis est virtus singularis per auctores. Quia confortat leticiam et fugat melancolicas cogitationes. Confortativus est virtutis. Sic dicit eius speciebus. Confortativus enim virtutis vitalis hominis. Tristitiam fugat et vanas suspitiones. Resistit et diversis pestilentiis que solent in aere sepe generari. Vigorem et dat membris et vegetat nervos et dulcem et salubrem dat saporem, ut dicit dyascorides. Marine si similis est saphyro. Quanto autem sit aliis gemmis clarior, tanto intus est efficacior. Quanto plus in colore et substantia saphyro appropinquat. Et talis iacinctus veneno obviat et tossico contrariatur. Dyascorides autem dicit quod ei quidam assimilatur, ubi eiusdem nominis in colore et in multis est ei par, quamvis non possit in valore similis esse, ut dicit ysidorus.

55 Yris est lapis exagonus i. sex angulis, ut dicit ysidorus. Qui primo in arabia est inventus iuxta mare rubrum. Sed nunc autem in locis pluribus invenitur, scilicet in germania et in hybernia et in multis regionibus aquilonis. Est autem in colore perspicuus cristallo similis, ut dicit ysidorus. Et dicitur yris propter similitudinem arcus celestis, quia percussus sole sub tecto species et colores arcus celestis in parietibus proximis representat, ut dicit ysidorus. Easdem creditur habere virtutes quas et berillus, nisi quod tantum non invenitur quantus, ut dicit dyascorides. Insuper hic lapis ut fertur reperitur perinde vel ut eciam placet vel saltem ut dolores partus mulieris sustineat, et non tamen de periculo pertimescat.

56 Yena est gemma que in oculis hyene bestie invenitur, que si sub lingua hominis fuerit subdita ipsum dicitur predicere plurima iam futura, ut dicit ysidorus et lapidarius.

57 Kacamen lapis est coloris nec albus nec subrufus nec subrubicundus nec variis coloribus distinctus. Est autem sic dictus actinia ceraunia, quod est idem quod ... Sola in locis sulphureis et calidis invenitur. Cuius virtus per dyascoridem est curare ydropisim. Diversis ymaginibus sculpitur et politur.

58 Kabrates est lapis cristallinus cristallo similis. Qui dicitur dare eloquentiam, honorem et gratiam. Et defendit a noxiis et venenosis. Et curat tumores epatis et splenis, ut dicit dyascorides.

59 Kalcophanus est niger lapillus colore compietus. Qui gestatur in ore dicitur clarificare vocem et defendere a raucedine faucium, ut dicit in lapidario.

60 Ligurius lapis est in colore electro similis. Dicitur, ut dicit ysidorus, a lince bestia esse. Cuius urina in harenulas generatur. Virtus eius est paleas attrahere. Valet contra dolorem stomachi. Et stringit fluxum ventris per eum. Et valet yctericis et discoloratis, quia pallidum colorem restituit, ut dicit dyascorides.

61 Lipparia est gemma de sicilie partibus veniens. Cuius potestas est quod omnes fere ad ipsius presentiam properant et ipsum intuentur. Unde venatores feras quas canum cursu capere non possunt solius lipparie aspectu ad se ducunt, sicut dicit in lapidario.

62 Margarita omnium gemmarum

gemma

candidarum est precipua, ut dicit Ysidorus. Que ideo marga-
rita nomine est vocata, quia in conchis maris hoc ge-
nus lapidis invenitur. Nascuntur in carne conche, sicut
in piscium cerebro lapilli aliquando inveniuntur. Gigni-
tur ex celesti rore, quem certo tempore anni concha hau-
rit. Ex quibus margaritis quedam uniones nun-
cupantur, habentes aptum nomen, eo quod tantum unus et
nunquam duo vel plures simul reperiuntur. Sunt autem me-
liores margarite candide quam que flavescunt.
Illas autem quas iuventus aut matutini roris con-
ceptio habet, senectus vel vespertinus aer reddit ob-
scuriores. Hucusque Ysidorus libro xvi. Inveniuntur autem quedam
perforate naturaliter, et ille sunt aliis meliores. Que-
dam autem perforantur arte, ut dicit Platearius. Sunt autem eligen-
de que sunt albe et clare, speculares et rotunde.
Habent autem virtutem confortativam vel a tota specie, ut
qr dicunt quidam, vel a specialitate quadam [?] assignatam mem-
bri a superfluis humoribus, eo quod constringendo
et contrahendo confortant. Valent quoque contra cardiacam
et sincopim cordis et contra debilitatem que provenit ex
fluxu medicine. Valet quoque contra fluxum sanguinis et
fluxum ventris, ut dicit Platearius. Dicitur autem in Lapidario quod cer-
tum margarite generantur ex rore, quia quanto rorum
plus fuerit aeris haustus, tanto maiorem gi-
gnit rotunditatem gemma. Illa vero que seminuta [?]
crescere nulla putatur. Dicitur quoque ibidem quod si illo tempore quo
ex haustu roris in se gemma generari, si supve-
nerit coruscatio vel tonitruum vel subita for-
midine clauditur concha, et sic patitur abor-
tivum. Ab India autem et antiqua Britannia nobi-
liores margarite transmittuntur, ut dicitur ibidem.

63 Magnes est lapis indicus ferruginei co-
loris in India apud Trogloditas invenitur. Fer-
rum trahit. Amans est, ut dicit Ysidorus, trahit ferrum
ut cathena faciat anulorum. Inde enim vulgus
ferrum vivum appellat liquidum. Quod vitrum etiam
dicitur trahere sicut ferrum. Cuius tanta vis est ut re-
fert Augustinus, quod si quis eandem magnetem tenuerit sub
vase electrino [?] vel eneo, ferrumque desuper posu-
erit, ex motu lapidis subtus [illegible] desuper
movebitur. Et sequitur ibidem: Unde factum est in quodam
templo simulacrum de ferro quod in aere pendere
videtur. Est autem alia species magnetis in Ethyopi-
a, que ferrum respuit et a se fugat. Idem quoque ma-
gnes aliquando uno angulo ferrum trahit et in alio
a se repellit. Magnes autem tanto est melior quanto
cerulior. Hucusque Ysidorus. Secundum Dyascoridem vero re-
conciliat [?] maritos uxoribus. Auget
gratiam et decorem in sermone. Sed cum mulsa curat
ydropisim et splenem, allopiciam et arsuram.
Pulvis eius aspersus per iiii angulos domus super
carbones existentibus in domo iacentibus domum subito
ruere existimant cerebro ex commotione. Contra agnos [?]
quod sic et adamas capiti caste mulieris supponitur,
cognoscit cum subito amplecti virum suum. Si adultera
fuit, subito a lecto se movebit timore fantasie.
Hoc lapide maxime utuntur magi, secundum Platearium. La-
pis magnes calidus est et siccus in tertio gradu. Virtu-
tem habet attrahendi ferrum. Montes enim sunt ex hiis lapidi-
bus, unde naves ferro compactas attrahunt et dissol-
vunt. Valet precipue vulneratis pulvis eius
confectus cum apostolicon appositus vulneri. Ferrum
enim extrahit pulvis. Et magnes in quantitate duarum
drachmarum cum succo feniculi valet contra ydropi-
sim et splenem et allopiciam. Attrahit enim fleuma et
melancoliam, sicut dicit Avicenna.

Melanites est lapis dictus eo quod dulcem et melleum 64
emittat succum, ut dicit Ysidorus. Et est bicolor, scilicet
viridis in una parte, et melli similis in alia.

Menophitis est lapis a loco Egypti 65
sic dictus. Gemmatus est niger, ut dicit Ysidorus. Hic tritus
ac super locum quem urendum est vel secandum ponitur, vel cum
aceto linitur, ita facit obstupescere corpus quod non sen-
tiat cruciatum.

Mitrites est gemma sic dicta quia mitre colore 66
similis est. Qui compressus spirat odorem sicut
nardus.

Medus est gemma vel lapis primus in Medorum re- 67
gione repertus. Qui quandoque est viridis coloris, quandoque
niger, ut dicit Dyascorides. Virtus huius est contra cecitatem oculo-
rum. Sanat podagram si cum lacte mulieris que mascu-
lum peperit temperetur. Similiter modo valet contra dolorem re-
num et freneticam passionem. Si vero lapis niger
resolvatur super cotim et in aqua calida, et alicui
detur illa aqua ad bibendum, infert vomitum et sto-
machi subversionem. Si vero frons inde lavetur,
mirabiliter excecat et ledit visum et aufert
omnino, ut dicitur in Lapidario.

Molochites gemma est viridis, smaragdo 68
densius, spissioris tamen et crassioris est viro-
ris quam smaragdus. Unde et a colore malve nomen
accepit, ut dicit Ysidorus, et nascitur in Arabia. Est autem

sulphure sive mollis. et est valde utilis. Convenien-
ter sicut dicit dyasc. in virtute sua custodit inventum cu-
nas. et custoditur a nocivis casibus.

69 Marmor greco sermone a viriditate vocatur.
ut dicit ysi. Sunt autem marmora ut dicit idem lapi-
des eximii qui maculis et coloribus commendantur. Nam
marmorum genera infinita sunt. Non tamen omnia a rupibus in-
ciduntur. sed multa sub terra sparsa sunt. ut marmor
lacedemonium viride et preciosum. Similiter marmor
ophites. quia maculis serpentum simile est. unde et
vocabulum sumpsit. Cuius duo sunt genera. molle ac
candidum. et nigrum durum. Marmor purpu-
reus ex egypto est rubeum candidis intervenientibus
punctis. et vocatur porphirites. eo quod rubeus ut
purpura. Sunt et multa alia genera. ut alabastrum.
et parium de quo infra dicetur. Est et aliud genus scilicet
coralliticum in asia repertum. non huius ultra duos cu-
bitos in mensura. et est candidum fere sicut ebur.
Tamen habet quasdam maculas quasi porrosas et
dulce nigras. et thebaicum tactum aureis
guttis. et invenitur in parte egyptiorum naturaliter aptum
est super illud collirria conterantur. Sunt et
alia genera que in officinis cupibus que gignuntur.
ut marmor coralliticum gutte amomacee
similium. ex quo columpne ingentes fiunt. lunam
atque turres. Est et cariscum viride et opa-
mum. nomen habens aspectu. eo quod gratum sit hiis
qui gemmas sculpunt. Huius enim viriditas reficit
oculos. Est et tarmudicum quod in india mittitur. quod
fricatum succum similem croco reddit. unde et nomen ac-
cepit. Sunt et alie multe marmorum distinc-
tiones. de quibus exponit ysi. li. xvi. Sed hec ad pre-
sens sufficiant. Marmor itaque aliis lapidi-
bus est solidius et fortius et pulcrius et utilius. in cuius ve-
nis diversarum gemmarum materia invenitur. Propter so-
liditatem suam difficillime sculpitur et politur.
Propter suam frigiditatem et soliditatem ad species et
unguenta aromatica custodienda utilissimum
invenitur. Super omnia autem admirari possumus quia mar-
morei lapides nec calibe nec ferro nec quacumque fer-
rea vel malleo potentia aliqua edomantur.
Sed per laminam plumbeam asseribus mollissimis
mensuratam. plumbo enim et non ferro lapides mar-
morei dividuntur et secantur tamquam asseres et ligna.

70 Nitrum secundum dyasc. lapis est subalbidus
salsus et perspicuus. Cuius virtus est dissolu-
tiva. detersiva. abstersiva et humoris sup-
flui consumptiva. De nitro autem dicit ysi. li. xvi. c.
ii. Nitrum a regione nitrea egypti est dictum.
ex quo medicine fiunt. et sordes corporum ac
vestium abluuntur. Huius natura non multum a sale di-
stat. Hic enim natura salis. et similiter oritur. canescen-
tibus siccatis litoribus cuius spuma affro-
nitrum nuncupatur. et colligitur distillans in speluncis
alte in speluncas. deinde solis calore densatur.
et optimum quod fit sicut est minime ponderosum.
ut dicit ysi. Secundum plat. autem nitrum est vena terre.
et est calidum et siccum. leve. rubeum. vel album vel
cinereum. gustu est amarum. acidum et subsalsum. pi-
guedinem extenuat si ore sit acceptum. humo-
res viscosos minuit et consumit. pulvis eius cum
melle confectus faciem clarificat et decorat. mun-
dificat saniem stomachi et intestinorum ex apo-
stemate procedentem. pediculos et saniem stoma-
chi capitis detergit vermes aurium mortificat.
et circa saniem mundissime extergit. cum aceto spu-
ma eius corrosionibus et inflationibus subvenit.
ydropicis opitulatur. Cum melle mixtum cali-
ginem detergit oculorum. venenum mortificat.
et excludit pulicis lignis plurimis. Secundum plat. et dyasc.
est autem nitrum calidum et siccum in fine iii. gradus. la-
xativum. colericum. ut dicit idem.

71 Nosce per corruptionem lapis est preciosus.
subalbidus autem varius qui ut dicitur in buffo-
nis capite a quo extrahitur. et in forti vino
et aquo vino mundificatur. ut dicit dyasc. et in
eo aliquando apparet forma buffonis cum aspersis
pedibus et diffusis. Hic lapis valet contra morsus
maxime reptilium et venenum. Nam presente vene-
no nata lapis tangentis digitum adurit. Et
sunt similiter apto includendi. ut dicit dyasc.

72 Onichinus lapis est indie et arabie primum totum
in se habens colorem ad similitudinem humanam.
unguis. ut dicit ysi. Grece enim unguem onicem
vocatur. Indicus autem onix igneum colorem habet albis cingen-
tibus venis sive zonis. Onix vero arabie niger
coloris est cum candidis zonis. Cuius natura eius sunt v.
scilicet. Sardonix. qui ex duorum societate nomen sor-
titur. scilicet ex candore onicis et rubore sar-
dii. ut patet infra de sardonice. Hec gemma scilicet
onix plures dicitur habere effectus noxios. Nam ut dicit
dyasc. collo suspensus vel digito portatus excitat

tristitiam et timores multiplicat. litem commovet.
alios ad rixas. in pueris excitat salivam superflu-
am et nocivam. Solo pro nomine in specie sardium. Spe-
cularis habet naturam. Et ideo ad modum speculi re-
presentat ymagines et figuras sed obscurius. dyas.

Optallius sive opallus secundum ysidorum est
lapis diversarum gemmarum coloribus distinctus. Est
enim in eo carbunculi gracilior ignis. ametisti fulgens
purpura. smaragdi nitens viriditas. et singuli
colores sub quadam varietate relucentes. Nomen habet a
patria. Hunc lapidem india sola gignit. ut dicit ysidorus. Tot
enim habet virtutes quot colores. Unde de optallio dicitur in la-
pidario quod optallius lapis oculos se portantis servat
illesos et acutos. sed aliorum oculum circumstantium
obtenebrat nube mirabili. unde quandam auxilia pre-
cunctis. ut non videatur vel advertatur quod furetur coram eis.
Et ideo asserit furtis maxime esse patronum. ut dicitur in lapidario.

Orites gemma est nigra et rotunda.
Alia est viridis maculas habens. Tertia est cuius
altera pars est aspera. altera vero plana. Et est color subsi-
milis ferri lamine. Hic lapis gestatus custodit
a morsibus reptilium et ferarum et aliorum. dispen-
sus que mulieri prohibet eam impregnari. et si pregnans
est facit eam abortivam.

Petra grecum nomen est. et sonat id quod solida. sive
firma. ut dicit ysidorus. Ex partibus enim terre solidis et
compactis fiunt petre sive lapides generantur. Vel pe-
tra a penetrando est dicta. penetrat enim pedes quan-
doque premitur et calcatur. ab aquis et stillicidiis et
guttis penetratur. Inde enim est petra quasi lapis. Unde la-
pis quasi ledens pedem dicitur. quia sua duritia et densitate
pedem ledit. ut dicit ysidorus. Lapis enim naturaliter plus
mollis et spissus. Saxa vero adherent et cemen-
tis coaduntur. Silex vero dicitur durus lapis. ab
eo dictus quod percussus exiliat ignis. ut dicit ysidorus. Omnis
enim petra ex se sit frigidissima. ferro enim percus-
sa ex se mittit ignem. scilicet ex forti et violenta
aeris collisione inter superficiem ferri et lapidis.
aer allisus subito ignitur et scintillando resilire
conceditur. Secundum aristotilem in iiii metheororum ex sola terra non
fit lapis. Vincit enim in ea siccitas nec permittit
eam coagulari. ¶ Fiunt autem lapides vel per congela-
tionem vel conglutinationem. Ex commixtione enim aque et
terre fit lutum quod inter lapidem et terram est medium.
quod paulatim per partium coadunationem et collectio-
nem fit lapis. Unde talis transmutationi aptius

lutum unctuosum. quia quod non est tale non est continu-
ativum sed potius comminutivum ex dominio siccita-
tis. Terra enim per fortem conglutinationem et commixtio-
nem humoris convertitur in naturam lapidis. que ex diver-
sitate terre diversorum colorum recipit qualitatem. Alii
autem generantur lapides ex aqua congelata. inveniuntur enim quan-
dam loca terre quibus aqua infusa convertitur in lapides diver-
sorum colorum. Et hoc fit ex quadam vi minerali
in locis illis existente congelante aquas que sunt principium
lapidum. ut dicit aristoteles. ¶ Fiunt autem lapides vel ex luto
unctuoso virtute solis occulta indurato et coagulato et per
partium coherentiam in substantiam lapidis constringente. Vel
fiunt lapides ex aqua coagulata ex quadam virtu-
te minerali lapidis forme inductiva super ipsam
naturam lapidis efficiente. ¶ Quidam enim sunt subtiles et de-
biles compositionis et quidam fortioris. ¶ Et quidam ge-
nerantur citius. ¶ Quidam tardius. ¶ Quidam fortiores
secundum fortiorem qualitatum activarum potentiam et debiliorem
resistentium passivarum. ¶ Secundum enim commixtionem istarum
qualitatum in substantia lapidis diversificantur lapi-
des in natura et in virtute. Virtus enim celestis in-
fluens ad loca mineralia in eis suas imprimit
actiones. Et secundum quod invenit naturam aptiorem et sue ac-
tioni obedientiorem in eis impressionem relinquit
nobiliorem. Et ideo quidam lapides preciosi naturam
et vim planetarum in suis virtutibus et effectibus imi-
tantur. ut patet in topacio qui lunam sentire perhibetur.
ut dicit ambrosius. basilius. ysidorus. dyascorides et alii. ut patet in processu.
¶ [illegible] generales proprietates lapidis sive petre sunt iste.
quia lapis naturaliter est frigidus. siccus. compactus. durus.
gravis. ponderosus. Secundum vero sortem terrenus petens
terram. compressus et eius partes ne dilatentur ad invicem
uniuntur et constringuntur. Unde dicit ambrosius quod lapides
sunt ossa terre. Quod enim faciunt ossa in corpore hoc fa-
ciunt lapides in diversis partibus corporis terre. ipsam
consolidant. et ne partes eius nimia siccitate ab in-
vicem fluant. ipsam comprimunt et adunant. Lapi-
des per quarum superficiem a sua duritia non
remolliuntur. ex stillicidiis tamen guttarum re-
cedentibus excavantur. ut dicit gregorius. ¶ Lapides et
si calcinatur fumant in imo extincti. minimum cor-
rumpuntur et in acetum convertuntur. ut dicit ysidorus. ¶ Lapi-
dibus est generalis requirenda materie puritas. ut
et preciositas coloris et figure diversitas et multiplex
utilitas. scilicet valet ¶ In edificiis construen-
dis. ¶ In plateis sternendis. pontibus faciendis.

pro lupis et aliis effugandis. pro metallis excoquendis. pro sementibus uariis sanandis. pro thesauris regum amplificandis. pro castris et ciuitatibus muniendis. Lapides itaque post de mineria extrahuntur. Exterius quadrantur et poliuntur. polita in edificiis collocantur ordinate maiores sub minoribus, componuntur mediante cemento, inter se coaptantur, obducuntur cemento et exterius complanantur.

76 Parius lapis est generis marmoris eximii et candidi, ut dicit ysidorus. Hic apud insulam inuenitur, unde et parius nuncupatur. magnitudo eius laudes et […] non excedit et est aptus uasis pro conseruandis speciebus et unguentis. ysidorus. […] quod parius est generis marmoris candidissimi et ideo sic […].

77 Prassius est lapis ad modum porri uiridis. Uisum confortat […]. Alius inuenitur cum guttis sanguineis, qui cum guttis candidis est distinctus. De quo dicitur in lapidario: utile nichil affert nisi quod uirore […] decet aurum.

78 Pyrites ut dicit ysidorus est lapis fuluus aeris sentiens qualitatem. Cui plurimus ignis inest, de facili scintillas emittit, qui tenentis manum si uehementius premitur adurit. ipse quod ab igne nomen accepit. De quo dicitur in lapidario: Tangi uult leuiter blandaque manu teneri. Nam pressus nimium digitos incendit.

79 Peanites est lapis qui dicitur esse feminini sexus […] aduertit. Nam certo tempore concipit et parit consimilem lapidem et confert pregnantibus, ut dicit dyascorides.

80 Pantheron lapis est multorum colorum speciosorum et pulchre distinctorum. Nam niger et rubeus, uiridis pallensque uidetur purpureus roseusque simul, pluribusque coloris. Hic facit homines audaces. et in illo die quo uidetur mane oriente sole, ut dicitur in lapidario.

81 Plumbum, ut dicit ysidorus et in libro de metallis li. xvi. est dictum eo quod ex primis de plumbo factis uarius […] est […]. Huius autem duo sunt genera, candidum atque nigrum. Candidum melius est, quod primo in insulis athlantici maris inuentum est. In multis autem locis hodie inuenitur, scilicet in gallis et in lusitania. Quod autem nigrum […] et […] calcula […] quod […] abluitur et ex […] subsidens per decoctionem in fornacibus […] in aurifodinis et cum […] auri […] lapilli nigri reperiuntur et […] aurum colligitur cum auro manent sed postea […] ab auro separantur per se conflantur et in plumbum […] resoluuntur

et inde tantum est ignitas auri quam plumbi, ut dicit ysidorus. Plinius uero plumbum duplex est. Quoddam uero sola uena procedit, aut cum argento nascitur mixtisque uenis conflatur et in illa conflatione primo stagnum, deinde argentum. Tertio quod remanet post conflationem efficitur plumbum nigrum, ut dicit. In india uero nec es nec plumbum nigrum, autem in operibus laboriosis ut in laminis et fistulis utilius forte tantum hyspania quam britannia fert. […] Aristoteles in libro metheororum iiii. Ex sulphure grosso minus depurato ac feculento et argento uiuo non puro plumbum […] in locis mineralibus generatur. Unde ex inmundicia sulphuris non puri quasi contrahit liuiditatem. Ex cuius contactu manus tangentis coinquinantur. Et hec inmundicia ad […] per abstersionem aliquantulum a plumbo remoueri potest. sed ex eo auferri nequaquam posse homines inmunditiam plumbi abstergere. uerumptamen si ex eo plumbum et si uideatur argentum, optinebit in eo qualitates aliquas ut errent in eo homines. Sunt qui accipiunt salem armoniacum et est ut dicit Aristoteles. Et hec inmunditie assignat causam dicens: plumbi grossi argenti uiui est malum ponderosum luteum, sulphur quoque eius malum mali uaporis et fetidi. Unde non bene gelatur. In libro v. Alchimie. hermes dicit Si suspenderis plumbum super acetum et cooperueris eum, nam acetum penetrat […] eius substantiam et in puluerem conuertit ac in colorem album cerusse ipsum transmutat. Sed si super ipsum acetum fuerit, albescit et destruit uim aceti. plumbum adustum colorem […] obscurum generat. Sed si fortior fuerit ignis conuertitur in citrinum. et post calcinando et calefaciendo ipsum ab aceto in album colorem cerusse transmutatur. igne uero fortiori adhibito […] hoc generatur in natura prima plumbi et […] ut dicit idem. Item idem plumbum quando miscetur partes homogeneas congregat et heterogeneas segregat et mundificat. Et ideo ponitur cum argento in fornace ut argenti […] mundificetur. quia partes argenteas […] preseruat. et ipso plumbo consumpto ac combusto argentum purgatur. Idem dicit ysidorus in glo. super […] Supremum est plumbum etc. Idem dicit hermes quod plumbum in sua ebullitione omnium solidorum corporum duritiem soluit et attenuat. Item dicit Aristoteles in libro metheororum. Plumbum […] cum […] perdubio est argentum uiuum, sed non […] nec calefactum […] apparent rubea omnia

liquefactum convertitur ad id quod plumbum erat lividi vel sub-
nigri scilicet coloris. Tamen per ustionem suam aceti-
que resolutionem per vaporem albore generare consuevit,
et minium scilicet rubeum et hic. Est autem utile plumbum
per usum medicine. Est enim frigidum et humidum in primo gra-
du, ut dicit Constantinus. Contra ustionem ignis et aposte-
mata valet, miro modo fluxum sanguinis vulne-
rum vero restringit. Reumata oculorum abstinet et
compescit. Ictus scorpionum mitigat et draconum
venerem cohibet si plumbi lamina duobus lum-
bis apponatur. Alias habet virtutes medicinales, quibus
quere infra de coloribus c. de cerusa, quod alio nomine
cerusa, i. flos plumbi nominatur.

82 Pulvis dicitur eo quod a vento pulsatur, ut dicit Ysi.
Levitate enim sui a vento tollitur et dissipatur.
Venti enim contrarii pulverem subitaneas ipsum congre-
gant et turbinem generant, ut dicit Beda. Pulvis con-
cussus namque rei aqua resolvitur, ostendit nec per
saporem nunc per colorem nec per odorem. Et ideo pul-
verizantur species aromatice, ut earum intrinseca vir-
tus se ostendat, ut per partium commixtionem et unionem
ampliorem virtutem recipiat, ut odoris sui fragran-
tiam diffusius extendat, ut gustum suavius affi-
ciat, et ut vulnera putrida desiccent efficacius
et abstergant, ut carnem mortuam corrodant et
auferant, et ulcerum cicatrices promoveant. Sic pul-
vis plumbi exusta purgat vulnera et desiccat,
corrodit superfluam carnem, novam generat et consoli-
dat, ut dicit Constantinus. Sic ex vulneribus conficiuntur
emplastra et componuntur thymiamata, et varia
efficiuntur aromata et unguenta. In pulverem
resolvuntur thus et myrrha, et ex pulveribus incensa
deo offeruntur holocausta. Ex pulveribus quoque
fiunt salutifera electuaria, quibus viva corpora
liniuntur et custodiuntur et egrotancium sanitati re-
stituuntur. Ex pulveribus insuper fiunt unctio-
nes et malagmata, quibus mortuorum corpora lini-
untur et custodiuntur ne incinerentur ac
pulverem redigantur. Pulveris et humoris am-
mixtione lutum gignitur, et ex superveniente de-
siccatione in glebam compingitur, ut dicit Ysi. Ex pulvere
pollutus oculus obcecatur, et multiplex reptile
ex pulvere producitur, et in pulvere pascitur ac nu-
tritur. Serpentum enim pulvis est panis eius, ut dicit
Ysa. lxv. Ex pulvere omnium corporum animatorum nasci-
tur, et in pulverem a quo ceptum est reducitur et finitur.

propter hoc homini dictum est: pulvis es et in pulverem re-
verteris. Ex pulvere aer inficitur, et ne claritatem solis
oculus intueatur aliquotiens impeditur. Similiter ex pulvere
aeri humido ammixto sepe nebula gignitur,
ex cuius interpositione latet sol et limpide non videtur.
Ex resolutione quoque pulveris in athomos suos in atho-
mis solis radius per fenestram intromissus nu-
latenus intuetur.

Quirin, ut dicit Dyas., est lapis qui in upupe ni- 83
dulis invenitur. Hic secundum peritos est iste pro
nocte capiti eius dormientis suppositus homines facit
loqui omnia que sompniat dormiendo, et auget in
turbulis fantasias. Unde et magi diligunt lapi-
dem istum, quia per eum maleficia operantur.

Quandros est lapis colore quidem albus, sic extra- 84
mitur, ut dicit Dyas., et invenitur in capite
vulturis. Valet contra quaslibet causas nocivas, et u-
bera lacte replet.

Rabri alio nomine et qui dicitur bolus armenicus, 85
qui est lapis sive vena terre, et est natura frigi-
de et sicce, et invenitur in Armenia. Similiter habet contra
[illegible] ventris et sanguinem undecumque fluat.

Rebea propter autem est lapis qui invenitur in capi- 86
te galli, et est alius albus, alius vergens in fla-
vum colorem. Est autem quoad substantiam mollis,
parum durior quam pupilla oculi piscis. Quo ad
formam vero est extrinsecus rotundus et planus, intrinsecus
parum concavus. Quo ad virtutem et naturam est frigidus
et humidus, et valet contra morsus scorpionum et mu-
stele si ad locum more emplastri supponatur. Dicitur quoque quod
valet contra morsus canis rabiosi si pulvis eius
in potu assumatur. Similiter pulvis eius
mundificat dentes et desiccat vulnera et confortat
scabiem et prohibet lacrimas.

Saphyrus est gemma cerulea celo sereno 87
in colore simillima. Optima est inter gemmas
et summe preciosa, et regum digitis magis apta.
In illis locis invenitur sicut orientalis, sui melior
iudicatur, et maxime qui habet quosdam pul-
veres aureos intermixtos. Et est hic saphy-
rus densus non perlucidus, ut dicit Ysi. Hic lapis
maxime commendatur in lapidario, ita ut pre sui excellentia
gemma gemmarum vocetur. Similiter corpus vegetat et
integra membra conservat. Stellam habet relucentem, per
eius refulgentiam et illud iudicatur. Alia est
species saphyri qui sirticus dicitur a loco ubi

inter harenas maris ubicumque inveniuntur. ut dicit dyascorides. inveniuntur et alii in venis minerarum in lazurium inveniuntur. et in eisdem venis saphyrus in medio velut in ventre quodam speciem carbunculi recipit. Et ideo a multis saphyrus maris carbunculi creditur. eo quod in eius venis gigni a pluribus perhibetur. quod ex natura saphyri carbunculus qui quadam scintilla cerulea ut asserunt creditur aliquantulum obumbrari. ut dyascorides dicit. Saphyrus itaque secundum dyascoridem hoc virtutem discordium reconciliativam. et multum ei valet ut dicitur ad pacis reformationem. Item hoc virtutem caloris innaturalis repressivam. Unde de saphyro dicitur in lapidario. Corporis ardorem refrigerat interiorem. scilicet in febribus multum anima et in estivis refrigerium prebet saphyrus si iuxta venas cordis pulsatiles suspendatur. Unde dicit dyascorides quod valet contra prodiuturnas febres. que accessionis. Item virtutem habet confortativam. cordis letificativam. Et ideo dicitur valere contra cardiacam et quaslibet passiones melancolicas. Unde et cardiacam et diaforeticam fluorem reprimit et sudorem sicut scribitur in lapidario. Sudorem stringit nimio dormiente fluentem. etc. Item dicit dyascorides. Item virtutem hoc fluxus sanguinis restrictivam. Unde saphyrus orientalis si in temporibus apponatur solet restringere sanguinem de naribus profluentem. Item virtutem habet singularem tumoris et inflaturae sedativam. Certum enim est quod apostematum reprimit inflaturam si in principio collationis necnon eius apponatur. Item valet contra antracem. scilicet virtutem habet malitie et venenositatis eius contra eius expulsivam. Cuius enim furiositatem reprimit. et expellit. ne eius malitia spiritus inficiat corporis fumum ad cor ascendere non permittit. ut dicit dyascorides. Item virtutem hoc veneno contrariam et ipsius penitus extinctivam. Unde et si hyragna intra pixidem posuerit. quem saphyrum indicum sive aliud super pixidis orificium aliquamdiu tenuerit. eius virtute victa. qui statim morietur. ut dicit dyascorides. Et hoc multum vidi sepius et in multis ab pluribus expertum. Item virtutem hoc visus confortativam et sordium oculorum sine gravamine purgativam. Unde scribitur ei. Tollit et excussas sordes de fronte dolores. in lapidario. Item virtutem hoc ulcerum curativam. scilicet ut dicit dyascorides pulverizatus et lacti admixtus vulnera sanat. Et hoc quod in vulneribus est expertum. Item tante auctoritatis fuit lapis iste apud veteres. quod quasi apud deum non medicum putaverunt valere. Unde et apollini fuit singulariter consecratus. Quia cum gentiles per responsis appollinem sacrificiorum que consulerent. castiora eius putaverunt si saphyrum in presentia tenerent. ut dicit dyascorides. et hoc tangitur in lapidario. ut dicitur. Et plusquam reliquas amat hanc ydromantia gemmas. ut divina queat per eam responsa mereri. etc. Item hunc lapidem magi singulariter diligunt quia secundum opinionem per ipsius virtutem quedam mirabilia operari possunt. et hoc tangitur similiter in lapidario. ubi dicitur. hic lapis ut perhibent educit carcere victos. obstrusasque fores et vincula tacta resolvit. Et hoc et multa alia de singulari virtute saphyri ab auctoribus sunt conscripta. Et in hoc generaliter omnes consentiunt quod saphyrus est gemma amatrix castitatis. Et ideo necesse est eius effectus per immunditiam portantis aliquo modo impediatur. sed ut ille qui eam portat castissime vivat. iuxta dictum. Sed qui gestat eum castissimus esse iubetur. Item dicitur in lapidario quod tollit invidiam et expellit timorem. et facit audacem et intrepidum. firmat autem et invitat factum humilem et benignum. Quod necesse quia puto esse deum dispositioni potius quam effectum. sed hoc nec sit.

Smaragdus secundum ysidorem. gemmarum [...] ficatur
omnium virentium optinet principatum. eum veteres per margaritas et uniones obtinuit tamen dignitatem. Smaragdus autem nimia viriditate est dictus. ut dicit ysidorus. scilicet est viridis amarus dicitur. Nullus enim gemmis sive herbis maior inest viriditas quam smaragdo. Nam herbas virentes et frondes superat. inficiens circa se viriditate nimia aerem repercussum. ysidorus. non eius virorem in sole aliquo modo obumbrat. Sculptorum autem oculis nullus gratior refectio est. cuius corpus si extensum fuerit. ex terso suo polito ad modum speculi ymagines reddit. Quamquam cesar nero gladiatorum pugnas in smaragdo aspicere consuevit. ut dicit ysidorus. Genera autem huius sunt. xii. sed nobiliores sunt scitici. qui sunt in gentium scitica inveniuntur. ipsum locum tenent bractani. colligunt in commissuris saxorum flante aquilone. tunc enim tellure discoperta intermicat. quia hyeme moveri magis in hunc venit. Tertium egyptii habent. reliqui in metallis variis inveniuntur sed vilesunt. nam aut ere aut plumbo aut sali

similes notas habent. Smaragdo vero qui mero vel oleo sit perunctus perficitur in virore quamvis viriditas eius naturaliter ornatur. Est et quedam species smaragdina que degenerat quamvis sit viridis eo quod sit turbida ex eris venis et est aliter smaragdus nuncupata. Hec usque ysidorus libro xvi capitulo de viridibus gemmis. Hic lapis agricultoribus recipitur et in possessione smaragdi in copia inveniri. Griffo per in mamillas hominum accessus impedire ut dicit ysidorus libro xvi capitulo iiii. Hic itaque virore suo multiplicatum ex se et generat radium quo virore tingit aerem circumfusum. Hic etiam color specularis et speciem perspicuum obiectis figuris et ymaginibus ostensiuum. Hic etiam ex natura dono virtutis beneficium diuersarum infirmitatum curatiuum secundum dyascoridem et lapidarium. Hic lapis auget opes et in causis dat persuasiona verba. Collo suspensus curat emitriteum et morbum caducum. Visum conseruat debiles et confortat, lascivos motus compescit, reddit memoriam. Valet et contra illusiones et fantasmata demonum tempestates sedat. Sanguinem sistit. Et dicit ysaac valere contra diuinare de fuits ut patet in lapidario.

89 Sardius est gemma rubei coloris ad modum terre rubee sic dicta eo quod in sardis est primum reperta ut dicit ysidorus et glossa super apocalypsim. Hec gemma quamvis sit preciosa et pulcherima amuletis deputatur nouissima inter gemmas quia ut dicitur preter fulgorem nil fert utilitatis excepto quod onix ipso presente nequit nocere secundum onichinus quamvis quarta habet ut dicit nectales species quinque et ipse in presentia sardium reluceat ad effectum. Dicit tamen dyascorides quod preter istam inventam hunc sardius longe plures. Sed et eius species v. inter quas ille est melior qui transmittitur de sardis et valet quia accendit gaudium et pellit timorem. Audaces reddit et acuit mentem et ipso presente non nocet onix. Dicitur et quod sardius totaliter sanguinei coloris gestantem se ab incantationibus et maleficiis tuetur.

90 Sardonyx ex duorum lapidum nomine sardio et onice nomen sumpsit ut dicit ysidorus. Constat autem ex tribus coloribus scilicet nigro in imo candidus in medio rubeus quasi nimium in supremo. Hec sola in signando de cera nil euellit. Invenitur autem apud arabes et apud indos. Genera eius sunt v. Et qui colores plures habet plus

distinctos et est densior hic est laudabilior. Luxuriam repellere dicitur et humilem efficit ac pudicum.

Solis gemma est candida et radians lucem et est sic dicta eo quod ad similitudinem solis in orbe fulgentis radios generat ut dicit ysidorus capitulo de candidis gemmis. 91

Silenites est lapis preciosus ut herba virens cuius color iaspidi similis est ut dicit in lapidario. Gestatur lucet autem quasi macula candida que fulgore continens lune ymaginem. Illa autem candida macula in corpore silenitis crescente luna crescit decrescente minuitur et decrescit ut dicit ysidorus et dyascorides. Potens est autem in amorem conciliandum languentes et ptisicos iuuare putatur. 92

Stagnum secundum ysidorum est metallum aqueum ethymologia sic dictum separans quod discernens. Mixta enim et adulterata metalla se metalla per ignem dissociat ab auro et argento et plumbumque diuidit ac secernit. Alia quod metalla ab igne defendit. Et cum sit natura eris et ferri durissima si absque stagno fuit uritur et crematur. Stagnum autem aliquid vasis eneis compescit virus eruginis et saporem facit gratiosiorem. Stercorula quod ex eo tempnitur. Cerusa quod ex eo efficitur ex stagno quodam modo et ex plumbo. Hec usque ysidorus libro xvi capitulo de metallis. Secundum auctorem libri methaurorum stagnum componitur ex argento vivo bono et sulphure malo. Et hec duo non sunt bene mixta sed tanquam per partes composita et ideo colorem mutat argenti sed non eius soliditatem. In libro autem alchymie hermes dicit. Stagnum omnia metalla et corpora frangit quibus admiscetur et hoc propter nimiam siccitatem eius et ductilitatem in eis destruit. Sed si purificaveris cum eo argentum viuum siccitatem eius aufert et albescit. Si postmodum temperat ipsum et conservat. In eodem quod dicit quod stagnum adustum generat colorem minieum sicut minium sic plumbum et stagnum fuit nimis fortes stagni prima [illegible] Ideo cum stagnum sit argento mollius et plumbum durius. Non potest plumbum plumbo unum ex eo de facili commisceri consolidari. Sed stagnum quod ita generatur consolidantur sine pinguedine aliqua sine sepo. 93

Sulphur est vena terre decernimus multum habens in sua compositione igneitatis. Et ideo vocatur sulphur secundum ysidorum quia solum incendit. Unde et ignis dicitur. Substantia eius vero ignea ab aquis feruentibus sentitur. Secundum aquam enim sunt per venas sulphureas transeuntes. 94

ex immixtione ipsius sulphuris candidiorem efficit saporem, efficaciam et odorem. Hinc fontes calidi de terra nascentibus saepe sentiuntur, et qualitates venenae sulphureae sentiuntur. Flumina quae res ita accendit sicut sulphur. In insulis nascitur Eoliis inter Italiam et Siciliam, quas ardere dicunt. In aliis locis effossum invenitur, ut dicit Ysidorus. Huius genera sunt quattuor. Vivum, quod fodiendo translucet atque viret. Quo solo inter omnia genera medici utuntur, ut dicit Ysidorus. Alterum quoque appellant glebarium, quod tantum familiare usibus est fullonum. Tertium liquor est, cuius est ad lanas suffumigandas usus, quod praestat mollitiem et candorem. Quartum valet ad lucernas lucendas et conficiendas, ut dicit Ysidorus et sentit idem. Sulphuris tanta vis est ut morbos comitiales deprehendat nidore suo. Cuius flammam si direxeris ad vultum hominis repentinam, dirum et horribilem pallorem in vultu assistentium generat ad similitudinem defunctorum, ut dicit Ysidorus libro xvi capitulo i. Secundum Avicennam vero et Platearium, sulphur est calidum et siccum in iiii gradu, et est etiam partibus aqueis et terrestribus et igneis commixtum in natura sulphuris continuatum. Et est sulphur aliud grossum, feculentum, nigrum et rubeum. Aliud est purum, album, clarum et subtile. Aliud vero est mediocre. Et secundum naturam dicitur ex sulphure et argento vivo diversa metalla generantur, ut patet in libro methaurorum. Unde dicitur quod sulphur et argentum vivum sunt minera metallorum. Sulphur etiam aliud est vivum, scilicet quod est quando de terra est ductum. Aliud est mortuum vel extinctum, scilicet quod solum fit artificiose, scilicet quod in chalamos funditur vel in alia vasa. Eligendum est autem pro medicina vivum colore et resplendens, perlucidum, et in lapide album vel viride, quod missum in igne colorem facit viridem atque pinguem. Virtutem habet dissolvendi, consumendi, attrahendi, subtiliandi, attenuandi, corrumpendi. Et ideo tussim prohibet, epilenticos iuvat, scabiem purgat, venenis obviat, litargicos excitat, arteticos, apoplecticos, paraliticos iuvat. Sic modo debito et medicinaliter ipsius remedio quis utitur, ut dicit Avicenna et Dyascorides et Platearius ceterique auctores.

Sal a saliendo dicitur eo quod de igne exiliat, fugit enim ignem cum sit igneum, ut dicit Ysidorus. Aliud sal a sole vel a solo vocatum putealem. Sal ex aquis marinis sponte gignitur, spuma in extremis litoribus relicta et a sole desiccata. Alium ex puteis sal sic hauritur et aqua decoquitur donec in salem durescat. Aqua pluvialis fluida per calorem ipsius in spissamentum convertitur. Alium de venis harenis colligitur crescens sub luna pernoctem. Nam Cyrenaicum sal sub harenis saepius invenitur. Alicubi et rupes et montes salis inveniuntur, ex quibus ferro caeduntur lapides qui postea in sale macerantur, constringuntur et comminuuntur, sicut est in Arabia et in parte Numidia. Tantae duritiei quod sunt illi lapides ut ex eis fiant domus. Sed novum sal in igne crepitat et de igne salit. Sal agrigentinum Siciliae igne patitur, et non tam in igne fluit et de aqua exilit. Variatur autem sal in colore, quia in Memphitico est rufum, in quadam parte Siciliae, ubi est mons Ethne, sal autem purpureum. In eadem Sicilia in Pachino adeo est splendidum et lucidum, ut imagines reddat ad videndum. In Capadocia sal croceum effoditur, ut dicit Ysidorus. Sic variatur in sapore, ut dicit idem, quia alicubi suave, alicubi salsissimum, et quanto est amarius tanto est calidius iudicatur, ut dicit Avicenna. Sal autem sumere est necesse, quia sine sale omnis ferme cibus insipidus est et insulsus. Pulmentis enim saporem dat et excitat in omnibus cibariis appetitum. Ex eo omnis victus delectatio et summa hilaritas fit. Hinc et salus nomen accepisse creditur, quia sole nichil est utilius atque sale. Unde videmus pecudes et armenta que sale ad pastum invitantur, et salis beneficio in lacte et in caseo plus redeunt. Sal etiam corpora constringit et desiccat, et etiam defuncta corpora a putrescendi labe religat et conservat. Huc usque Ysidorus libro xvi capitulo ii. Secundum Platearium autem et Avicennam sal generaliter habet virtutem dissolvendi, mundificandi, putredines humores consumendi. Hec virtutem habet ventositatem extenuandi et diminuendi, maxime si pulvis eius et acetum calidum super stomachi orificium collocetur. Hec enim habet humiditatis naturalis in corpore coadunandi et conservandi et innaturalis resolvendi et abstergendi. Et ideo aqua salicina tumores et inflationes que hydropicis solvit, ut dicit idem. Hec virtutem habet carnes putridas corrodendi, et maxime quando est exustum, quia tunc maxime resistit putrefactioni, et maiorem habet vim in desiccando et in mundificando, et quando ad interiora penetrandi, ut dicit idem. Hec potentiam habet ventrem remolliendi et superflua educendi. Et maxime salgemma, quod sic dicitur quia clarum est sicut gemma, in mordicando cum intestina mirabiliter corripit.

ut resoluantur indurata et superflua expellantur. Hoc idem facit cum armoniaco quando coquitur. Est virtutis hoc sal venenosis humoribus resistendi, et ideo cum melle et vino pistis sal coniunctum carbunculum seu antracem ut dicit Auicenna. Est virtutis hoc removendi maculas faciei si cum aqua rosacea et camphora distemperetur et inde facies liniatur. Est vim habet pruriginem et serpiginem de corpore abstergendi et removendi potissime sicut sapone admiscetur. Est virtutis hoc sal curandi venenosos morsus et puncturas reptilium et precipue scorpionum sicut cum melle et nucibus et aliis speciebus comparatur ut dicit Auicenna. Hec et multas alias habet virtutes quas enumerare longum esset. Sed ex parte ista hec sufficiant.

de salis sapore [illegible] ... o. b.

96 Topacius vel topazion indeclinabile gemma est, ut ait Ysidorus libro xvi capitulo ii, ex inventa genere omnique colore resplendens. Inventa primum in arabie insula in qua trogodite fame et tempestate fessi cum herbarum radices effoderent gemmam istam eruerunt. Que insula tectum nebulis postea a nautis quesita et inveniretur, topazin trogodytarum idiomate vocaverunt. Inde lapis sic quasi sic inventus dictus topazius ab insula est vocatus. Sed topazin enim idem est quod querere in ipsorum lingua sonat. Est autem gemmarum maxima et amplissima. Sed fuit enim plinius hanc gemmam tante magnitudinis repertam ut de ea philadelphi fieret statua iiii cubitorum. In glosa vero super finem apocalipsis dicitur sic. Topacius quo est rarior eo est preciosior et habet duos colores ex auro et ethica claritate lucens maxime cum tangitur radio solis. Sed omnium aliarum gemmarum superans claritatem in aspectu suum provocat aspicientes, qua si polis obscuratur a sua nitet relinquens clariorem, et nichil eo clarius in thesauris regum sive preciosius invenitur, per sui perspicuitatem gemmarum sibi obiectarum in se recipit claritatem. Dicitur quod quasi sentit motum et cursum lune. Contra lunaticum dicitur valere plurimum. Unde dicitur maiorem vel minorem habere effectum prout quod luna magis vel minus recipit incrementum, ut dicitur in lapidario. Fluxum sanguinis restringit et emoroidis patientibus subvenit. Ferventes undas compescit et bullire eas non permittit ut dicitur in lapidario. Cum dyascorides iterum sentit et elicit aqua et valet contra noxios motus et contra frenesim ac mortem subitaneam. Formam habet specularem ydolum

est receptum in eo inversum in speculo in concavo representat.

97 Turcogis sive turkois est lapis flavus in albidum colorem vergens, dictus a regione turchorum in qua nascitur. Conservat visum et confortat et hylaritatem generat.

98 Terra sigillata dicitur species quedam venena fere tollens singularis et sicca, que dicitur in plateario. Terra saracenica sive terra argentea, que quidem est subalbida aromatica atque clara. Preciosa virtus eius est constringere, nam pulvis eius cum albumine ovi distemperatus fluxum sanguinis de naribus sistit. Valet etiam contra inflationem pectoris et contra ethicam si super locum patientis cataplasmetur ut dicitur in plateario.

99 Tartarum est vini feculentia in modum crustae vel more lapidis circa partes dolii indurata, cuius natura calida est et sicca in tertio gradu. Valet contra scabiem et pruriginem et impetiginem et capitis immunditias. Virtutem enim habet extenuandi, consumendi et mundificandi et lavandi ut patet in plateario.

100 Vitrum ut dicit Auicenna est inter lapides sicut stultus inter homines. Declinat enim ad omnem accidentem. Est autem vitrum ut dicit Ysidorus eo quod visui per transluceat perspicuitate. Enim et sub eo sue transparentia visui lucet pervium. Et salus metalli et terre venis quidquid in se interius continetur absconditur. In vitro autem quilibet liquor vel species qualis est interius, talis exterius declaratur et quasi clausus oculis intuentium notificatur ut dicit Ysidorus. Fuit autem vitrum primo inventum iuxta tholomaidam in littore iuxta belum fluvium qui oritur sub radice montis carmeli, ubi nautae forte applicaverunt. Sed dum nautae super harenam eius amplius ignem de glebis nitri facerent, ex nitro et harenis lucidi primitus novi liquoris rivi fluxerunt. Quod vitro ut dicit Ysidorus origine prebuit. Postea vero fit vitrum ex cineribus arborum et herbarum per fortissimum ignem conflagratarum. Quibus cineribus nec vitrum nunc est nunc vitrum quod admiscetur et sic in massam vitream convertitur. Massa autem vitrea cum fuit in formam liquefacta et per fornacem depurata, summa gaudet sue puritate et transparentia sui perspicuitate. Et ideo habet potentiam cuiuslibet coloris susceptibilem, quibus enim colore tingitur vel ut iacintos, smaragdos et alios lapides preciosos in colore et splendore imitetur. Tantam quoque recipit in se ductibilitatem ut facillime ad statum artificis in varias et contrarias formas ac figuras qui subito

transformatur. aliud torno teritur. aliud argenti modo
sculpitur et celatur. ut dicit ysidorus. nam est alia specula-
ribus aptior materia. nam picturis accomodatior
invenitur. Maximus tamen honor est in candido vitro quod
in colore proximum est cristallo. Unde ad potandum argen-
ti et auri metalla repulit, consuevit, ut dicit ysidorus.
Genus idem dicit idem quod in genere vitri lapis obsianus
numeratur. Est enim virens medium et niger. aliquando tran-
lucidus crassiore visu. et vocatur peculiaris. et
ex hoc lapide multi gemmas faciunt. ut dicit ysidorus. Item
ut habet ipsum omne vitrum cum sit liquefactum. quamdiu
est valde liquidum. tamdiu est ductile. Infrigidatum
tamen illo et induratum summe est fragile et facile
frangibile. Et cum fuerit fractum. non potest in
integrum liquefactione reparari. Quidam tamen fece-
runt vitrum flexibile et malleo reparabile ut re-
fert ysidorus. Unde et phyalam coram tyberio cesare
de tali vitro vel fractam mittit proiecit. que non rup-
ta sed plicata cum malleo emendavit. Quare iussit
sit cesar decollari. ne dum hoc agnitum fieret.
aurum pro luto haberet. et omnium metallorum pre-
tium ville redderet. Quia de vitro si vasa in-
tegra non frangerentur. meliora quam aurea putaren-
tur. ut dicit ysidorus. Est ergo vitrum speculare pur. perspi-
cuum. lucis previum. ymaginum et umbrarum represen-
tativum. ductile quamdiu est liquidum. fragile quando est
frigidum et induratum. omnium colorum susceptivum.
colore pluresque valet gemmarum nobilium imitati-
vum et immunditiarum abstersivum. ut dicit auicenna. pulvis
eius enim mundificat dentes. et in oculis delet albu-
gines. Confert quod valde lapidi vesice et renum.
quando bibitur cum vino. ut idem dicit auicenna.

101 Vdachides est lapis preciosus et colore fulvus. fi-
gura rotundus. inter se habens alium lapidem cuius
crepitu sonorus est. quem tymnium illum non intione
lapidem sed ipsum quem meteorem sapientes dicunt.
ut dicit dyascorides. hic lapis exsiccat aquam ita ut nu-
tritur inter se feminam parturientem habere
suum continet. Unde quidam dicunt hunc esse lapidem qui dicitur
enidros. Quare vero supra in eodem.

102 Vrachiten est lapis qui gestatur ab homine. non mor-
detur ab aspidibus vero ab serpentibus infestatur. ut dicit
dyascorides. et creditur valere contra venenum.

103 Giniech est idem quod lapis laguli. et est lapis vel
vena terre unde fit lazurium ut dicit in lapide.
Est autem iste lapis tanto melior quanto coloris
celestis est similior. et habet quasi corpuscula qua-
si aurea inserta. Iste autem qui est subalbidus plus
habet fertilitatis. et ideo non est ita preciosus diutis-
sime per servari sine corruptione. Valet hic multis
passionibus. et contra sincopim ex fumis melancolicis si
debito modo detur patienti. Similiter autem dicit auicenna nisi
prius subtilissime conteratur et multotiens abluatur.
Et est signum perfecte ablutionis quando aqua in qua ablu-
itur parum aut nichil coloratur. Modo autem modo
purgat et solvit quartanam. Item dicit auicenna cum dicitur
cettio. quare descenderet ad fundum. sed vel post de-
est. et hoc cum sero ut habetur in platearium. Et sic ex la-
minis ferreis fit cerusa. sic fit lazurium
ex argenteis cum aceto. Lapis autem laguli sepe in-
venitur in mineris argenteis. et antifodi-
nis. et in illius venis sepe saphyri et jacinti
et consimiles lapides blavei inveniuntur. ut dicit dyascorides.

104 Gingintes lapis est nigri coloris. qui gestatus in collo valet contra nocua et
sanguinem stringit. et multas alienationes de-
pellit. Et si teneatur ad lignum accensum.
extinguitur flamma eius. ut dicit dyascorides.

Deo itaque adiuvante Explicit liber xvi. de lapidibus.
Decimo sexto completus est liber vel tractatus Liber xvii. de arboribus. herbis. fructibus et seminibus.
de proprietatibus rerum que in terra vel circa terram
generantur. scilicet de lapidibus et gemmis.
ac metallis et aliis que nascuntur in terre venis.
Restat breviter de arboribus et herbis et fructibus ac
seminibus que ex eis mediantibus radicibus gene-
rantur. Solummodo autem de illis arboribus et herbis
aliqua sunt hic dicenda. de quorum notitia fit
mentio in sacra pagina in textu vel in glosa. Et hoc
prout potero faciam per ordinem alphabeti.

Arbor ut dicit ysidorus libro xvii.
a. c. v. ab arvis nomen suscepit. eo quod terre ad-
herent. fixis radicibus consuevit sic et herba. Utra-
que enim similia sunt quo ad ortum. quia ex uno
gignuntur altera. Nam dum semina iacis
que herba prius pullulat et crescit. deinde
confirmata surgit in arborem. et quod infra breve tempus
tum herba videtur in arbustum. id est arborem no-
vellam et tenerum convalescit. Et est dicta ar-
busta quasi arboris hasta. Nam arbustum dicitur locus
in arbores convalescente vel alia sic salicetum et
carectum in carices ut dicit ysidorus. In libro de
de vegetabilibus ponuntur iste arborum et plan-

terre, ipse. Dicendum est ergo quod in arboribus et plantis est vita i. vegetabilis sicut quemadmodum in animalibus. Sed differenter. Quia in plantis est occulta, in animalibus est manifesta per sensum et completa. Arbores enim non mouentur motu voluntario neque progressiuo sicut animalia, neque mouentur per appetitum delectationis et electionem sicut animalia, quamuis aliquando senserint aliqui philosophi ut Anaxagoras et alii quos redarguit Aristoteles. Vita itaque vegetatiua est in plantis per quam fit attractio humoris ad ipsius arboris vel plante nutrimentum vel conseruationem. Sed nulla arbor habet sensitiuam. Unde non dolet quando ab ea scinditur, neque delectatur quando nutritur et cibatur, neque vigilat neque dormit, nec spirat neque respirat, neque subiacet aliis conditionibus que sunt proprie sensitiue, neque generat arbor neque generatur per sexuum commixtionem. Sed tamen habet virtutem seminalem per quam habet ex se producendi potentiam similem sibi et suam speciem conseruandi. Sed hanc potentiam non producit in actum nisi ab extrinseco adiuuetur secundum tempus anni. Indiget enim hyeme ad humoris seminalis aggregationem. Indiget vere tempore ad eius emissionem, quia tunc neque est vehemens frigus congelans vel exprimens calor vehementer aduriens semen ac corrumpens. Indiget etiam sole resoluente partes ipsius constrictas a presidente frigore, ut calor ingrediens foueat humorem seminarium a nutrimento. Indiget et terra plus quam ad generans, quia ex terra est materiale principium generationis sue. Est et a sole sicut a causa efficiente. Et ideo ut ait Aristoteles in ii. de plantis quod terra est mater et sol est pater plantarum. Quia terra nutrit more matris et sol efficit more patris. Quidam vero considerantes in arboribus et plantis generationem, diuturnitatem et ex radice anime renouationem et nullam partem per ruinam vel decessum eleuationem, putauerunt plantarum animam perfectiorem. Sed hoc reprobat Aristoteles dicens quod arbor est alligata terre et non habet motum ex se neque ex suo toto, neque ex suis partibus, neque habet formam terminatam in suis partibus, ita quod diuerse partes determinentur diuersis operationibus per formas diuersas, neque oculus in animali ad videndum et auris ad audiendum, neque habet animam perfectam. Immo non habet nisi partem primam anime i. animam vegetabilem. Sed animal nobilius est omni planta. Diuersificatur autem arbor quoad interiora et substantiam et operationem, sicut ut Aristoteles dicit in i. de vegetabilibus c. ii. Quedam arbores habent gummi et resinam. Cuius causa est quia humor superhabundans a calore totaliter non digeritur neque est totaliter a regimine nature, et ideo repellitur ad exteriora et

a frigiditate aeris circumstantis congelatur et infrigidatur. Item quedam habent nodos quibus vel mediantibus partes successiue generate ad inuicem colliguntur. Item quedam habent venas i. rimulas in quibus vel humiditas continetur et aliquando ad partes singulas deriuatur. Item habent venam i. medullam in qua fit humoris decoctio antequam transfundatur in substantiam foliorum, fructuum vel ramorum, ut dicit idem. Item habent corticem ad interiorum defensionem. Quia quod facit corium vel cutis in corpore animalis superficie, hoc facit cortex in arbore, ut dicit Ysidorus. Item generaliter habent lignum suum truncum ut dicit Aristoteles. Et est sic dictum secundum Ysidorum eo quod incensum de facili in lucem fit conuersum. Unde et lichnus est dictum eo quod presentibus prestet lumen. Lignum itaque est pars arboris fortior et solidior et subtilior, quod a radice exiens usque ad summitatem ipsius arboris se extendit. Et quedam habent quandam mensam (?) ut medullam ad quam est recursus nutrimenti cum substrahitur humor cibalis extrinsecus. Sicut in elementis (?) animalis quando deficit nutrimentum in membris ad sanitatem interius existentem continue fit recursus, ut dicit Albumasar (?), et expositum est et confirmatum. Habent insuper quedam extrinsecus sibi annexa arbores, sicut corticem, ramos, folia, flores, fructus et summitatem, et ideo dicit Aristoteles corticem ad omnium interiorum defensionem, ramos et virgas ad suam dilatationem, folia ad fructuum nouellorum protectionem ab exterioribus corruptiuis, fructus ad sue speciei conseruationem. Rotunditatem sue totalitatis summitatem habet arbor in suo complemento quasi figuram columpnalem, quod utique ut dicit Albumasar (?) ei accidit propter uniformem extensionem humoris ad partes laterales et uniformem caloris digerentis humorem in tota sui substantia. Radicem habet adhuc omnis planta vel arbor radicem et in radice multiplicem nodum. Radicem quippe loco oris quo mediante trahitur humor ad totam substantiam arboris nutriendam. Nodos vero habet sicut neruos in corpore animalis, quia per illos partes ad inuicem continuabiles colliguntur. Item arbores habent quasdam partes determinate anatim (?) neque secundum necesse ad esse plante, et habent esse in arbore sicut pili et vngues in corpore. Et ideo caduntur folia et fructus ab arboribus secundum per subtractionem humoris sicut cadunt pili de corpore animalis. Et hoc accidit quia quando humor nutrimentalis minus est sufficiens substrahit ipsum natura ab his partibus non necessarius ne deficiat necessariis. Et ideo

cadunt generaliter ab arboribus tempore hyemali. remanent
autem in aliquibus ut in buxo et consimilibus. uel propter sufficientiam
humoris. uel propter humoris uiscositatem et lignorum compacti-
onem et soliditatem. sicut arbores que tenuia subtilia et po-
rosa sunt habentes. cito de suis foliis depauperantur.
et maxime quando humor nutrimenti liquidus est atque
paucus. Differunt autem arbores in multitudine suarum partium
et paucitate. in magnitudine et paruitate. in fortitudi-
ne et debilitate. Cuius causa est humor qui in aliquibus ma-
gnis arboribus est lacteus. ut in ficubus. et humor ta-
lis uiscosus est ad se defendendum in latum et in longum.
In quibusdam uero est piceus. uiscosus et insufficiens ad
extensionem. eo quod partes adherent ad inuicem ad mo-
dum picis. et ita est causa de paruitate et paucitate in
partibus arborum et plantarum. Talis autem uiscositas non
est causa debilitatis in plantis et arboribus. nisi fuerit di-
minutus uel calor insufficiens et ipse siccus. In quibusdam uero
arboribus est humor aereus calidus et siccus compositionis.
Et hic in quibusdam est causa fortitudinis et uigoris. quia ca-
lidum est leue et subtile et penetratiuum. Et ideo
talis humor se extendit et crescit arbor in magna
quantitate. Item in partibus arborum accidit equalitas
et similitudo. quia equalitas in quantitate et similitudo
in figura causatur ex habundantia materie cum equalitate
caloris agentis. et oppositum causatur ex opposito cause.
Item modo accidit in eis raritas siue spissitudo.
quia raritas accidit propter insufficientiam caloris ad termi-
nationem humoris. Spissitudo autem accidit propter sufficien-
tiam caloris ad condensationem humoris et eius termina-
tionem. Item differunt arbores et plante in modo fru-
ctificandi. Nam quedam ut dicit Aristoteles producunt fructum
super folia sua. Et hoc accidit propter fortitudinem fruc-
tus et indigentiam caloris solis digerentis humorem
ipsius. Quedam uero sub foliis. et hoc accidit propter de-
bilitatem fructus ne ab excellenti calore uel fri-
gore corrumpatur. Et quorundam fructus est suspensus
a stipite suo. id est prope stipitem. Et hoc accidit propter suf-
ficientem humorem et insufficientem calorem ipsum ad ex-
tremitates expellere non potentem. Item omnis arbor
generaliter habet radicem que est mediatrix inter corpus
plante et terram a qua elicitur. Unde et radix uita plan-
te dicitur per grecos. quia eius uite plantis adueniunt. Item
habet stipitem de radice immediate procedentem. Et
hic fuit necesse ut dicit Albertus propter corticis plante uel ar-
boris sustentationem. Unde assimilatur statute corporis anima-
lis omnia membra corporis sustinentis. Unde est stabi-

le fundamentum arboris sustinens ramos et fructus eius.
Item in duro stipite habet medullam mollem. que
dicitur ab Aristotele quam uocant arboris matricem. quia in ipsa semina-
rius humor plante nutritur ut fetus in matrice.
Quidam uero uocant arboris uiscera. quia in ipsa se-
paratur purum ab impuro sicut fit in animalium intestinis.
Quidam quoque uocant eam cor. quia ex ea procedit motus
uite uegetabilis sicut uita sensibilis procedit de
corde cuiuslibet animalis. Item corticem habet omnis arbor
ad suam terminationem et interiorum defensionem ex
humore subtili extrahit ad exterius per calorem in
aere desiccatum. sicut lignum interius ex humore
grosso sicco essentialiter et accidentaliter humido generatur
ut dicit Albertus. Item arborum et plantarum quedam
sunt domestice et ortenses. Quedam uero sunt siluestres.
Arbores uero ortenses sicut sunt plante si non fuerint
culte. fiunt siluestres. sicut dicit Aristoteles. Et harum quedam
faciunt fructum et quedam oleum propter humorem unctuosum
et aereum sufficientem. Et quedam non propter talis hu-
moris defectum. Et in quibusdam cito folia cadunt.
et propter humorem rarum non unctuosum cito siccabilem.
et in quibus non propter eius contrarium. Item sicut est diuersi-
tas arborum et plantarum in magnitudine et paruitate.
sic est diuersitas in pulcritudine et deformitate.
sicut enim accidit pulcritudo propter equalitatem membrorum et e-
legantiam partium ordinationem et caloris sufficienter
agentis et extendentis materiam rectam et debitam
nature dispositionem. Deformitas uero causatur ex contrario ta-
lis in arboribus quam in plantis. Item differunt in boni-
tate fructuum et multa malignitate. Et hoc
accidit propter maiorem humoris materialis dulcedi-
nem uel minorem. uel propter caloris magis uel minus co-
respondentis materie uel humoris materialis debitam
operationem. Item manifeste dicit Aristoteles quod arbores
et plante siluestres magis fructificant quam orten-
ses. Et hoc ut dicit Albertus accidit propter maiorem habun-
dantiam humoris parum unctuosi et uiscosi de-
ficientis diuisioni expulsioni et subtili
fructus conuersioni. Uerumtamen fructus ortenses sunt
meliores simpliciter quam siluestres. ut dicit Aristoteles. Cuius
causa est ut dicit Albertus maioris humoris unctu-
ositas ac digestio et multa habundantia que in materia fruc-
tuum ortensium perfecti fuerit. Item sicut arbo-
rum diuersitas fiunt et plantarum ex loci diuersita-
te in quo crescunt. sicut quedam in locis aridis crescunt
et siccis. Et ille sunt minoris quantitatis. propter de-

fec̃z hūoris. Quedā ū ī locis hūidis ⁊ fluuiali
bz ⁊ maritimis ac stagnosis. Et tales solent
ēē maioris q̄titatis. Tamē ille q̄ c̄escūt int̄ ripas
mariū salsoꝝ. n̄ mltū c̄sc̄ūt ꝑ hūitancia ha
rēnaꝝ ⁊ humoris attriti nimiā siccitatem.
Juxta tñ mare riu⁹ fallit hoc ut d᷑ ar. ū ato
res fuit mag᷑. Et h̄ ut d᷑ albu. ꝑ hūitātiā
hūoris ⁊ caloris. Jt̄ attēdit̄ diūsitas ī foli
oꝝ ⁊ floꝝ uaiatōe. Jlla q̄. Quedā hn̄t folia aspa. s.
ꝑ dn̄iū t̄restitatis ⁊ siccitatis. Quedā lenia.
ꝑ equalitatē aq̄ hūiditatis. ⁊ ꝓportōez d̄bitā
tamen aliquando medicinales. Fructus autem dulces ut dicit ysaac in iiii. qualitatibus sunt temperatiores. humidiores et calidiores. et ceteris nutribiliores. Fructus vero frigidi. sicci. et pontici. duri sunt et stiptici et opilativi suum constrictivi. stomachi tamen confortativi et appetitus excitativi. maxime si comesti fuerint ieiunis. Sed post prandium assumpti confortandi in usum stipticum stomachi orificium comprimunt. stomachum cibum ad inferiora. et hoc cum solvis. Sed si acerbi fuerint acetosi. Fructus ex aquoso medio et terrestri composito acuitatem colere extinguunt. sitim mitigant. stomachum confortant. humores et grossos non frigidos dissolvunt. dividunt et deponunt. Dulces vero acuunt eam vel conferentes penetrandi [illegible] colorem. Fructus insipidi et in quibus dominatur aquosa humiditas ceteris minus sunt laudabiles. quia stomachum non iuvant. sed abhominationem et fastidium generant. Fructus itaque si bene maturi fuerint. erunt saporis et odoris iocundi. si non fuerint putredinosi vel vermiculosi. humore vel corrupto aere non infecti. Et tales fructus in loco sicco et mundo. melius et diutius custodiuntur. et maxime si in feno vel palea contegantur. ut dicit plinius. Item fructus maturi citius cadunt de arbore quam non maturi. et facilius de nocte quam de die. Quia nocturno rore perfusi efficiuntur ponderosi. Et hoc ad casum magis sunt proni. Hec de fructibus dicta sufficiant. quia multa de fructibus supra dicta sunt in tractatu de arboribus in generali sive [illegible]. Quere ibi.

Germen ut dicit ysidorus est generans surculus 73
a generando dictum vel a germinatione. sicut in germine generatur humor nutrimentalis et seminalis. in eo quod viget et operatur calor naturalis. Et quamvis sit modice quantitatis in substantia. tamen est maxime virtutis et potestatis in efficacia. sicut [illegible] eius trahitur et transit in substantiam germinis. Et ideo arbor quando sua in germine et viget in eis humor transfusus [illegible] maxime convenit usui medicine. Idem itaque germen dicitur quod primo erumpit de radice arboris sive herbe. sicut confortato calore naturali qui in interiori medulla est telluris. radix humorem sibi necessarium attrahit vi caloris. Et quod sibi necessarium non est a se expellit et reicit. et illud calore telluris sursum elevatur et aere extrinsecus desiccante in naturam germinis transmutatur. Et quia non cessat attractio et continuatio in radice. ideo non cessat augmentum dilatatio in germine.

quousque ad debitum exeat complementum. Calor itaque
celestis penetrans ad medullam radicis partes eius
liquidiores et ventosiores ac puriores ad se attrahit
et congelat ac coniungit. et coadunatis per poros ter-
re insensibiliter educendo eis in substantiam germinis
convertere non desistit. ut dicit commentator super li. vegeta-
bilium. Concurrit autem color viridis medius scilicet inter
rubeum et nigrum per dominium equalium partium terrestrium et
ignearum. Nam generatio germinis habet fieri ex terreo humore
nigro complexio. sed propter aerearum partium et ignearum admix-
tionem fit color eius viridis. qui color medius esse dicitur
inter rubeum atque nigrum. Est autem gramen principium cul-
mi sui stipitis. floris atque fructus. emittens
post plures frondes mutuo se nectentes. quas fa-
cit natura ad conservationem caloris in sua germinis conservatione.
Tenera enim est satis frigido aere de facili lede-
retur. nisi ab extrinseco nocumento tutela frondium
tueretur. De facili enim leditur ex aere frigido ex
grandine et vento et etiam ex rore noxio et infecti-
vo. Et ideo contra hec nocumenta pluribus foliis connexis.
quasi pluribus tunicis tegitur et munitur. Oritur itaque
graminum ornatus terre est principium. Nam omnia terre vi-
rentia graminibus oriuntur. mutationis temporis est
indicium et signum in malis novitatis finemque annunti-
at. hyemis pronuncium est estivalis novitatis et
venustatis. Abrucus. locustas. et erucas cor-
rodunt quando gramina. et tunc spes ulterius de fructu non habetur.

Gramen est agrestis herba ab eo quod eo germinet
sic vocata. ut dicit ysidorus. Beneficio siquidem caloris
ex humore terre omnis herba generatur. Nam celestis calor ter-
re superficiem penetrans partes eius subtiliores transfi-
gurat. Que terre intrinsecum calorem intra se claudit.
cuius virtute humorem circumiacentis terre ad suum incremen-
tum et nutrimentum attrahit. Et quod sibi est consu-
nantiam alterat et commutat vel convertit. et quod sibi
quo ad substantiam est superfluum ad generationem foliorum ger-
minis transmittit. Quia vero multe proprie humidita-
te maxime ex attractu humoris generantur radices mul-
te et diverse fiunt graminum et herbarum productio-
nes mutuo se colligentes. et totam fere superfi-
ciem viroris grata et foliorum decentia vestien-
tes. Et quanto radices graminum intrinsecus amplius
se profundant. tanto diffusius gramina cumulos
suos et folia in terre superficie se dilatant. pullu-
lantia autem gramina in principio sue germinationis
se multiplicant si compressa fuerint aut me-
diocriter aculeata. Quod non est in pratis nimis luxuri-
are permittitur. cito pervenit in semen et indura-
tur de facili. et suam perdit pulchritudinem et vi-
rorem. ut dicit plinius. Ex situ etiam terre unde exeunt. et quali-
tate humoris quo nutriuntur. diversas qualitates
et virtutes gramina aliter sortiuntur. ut dicit. et commentator super li. ve-
getabilium commentator. Unde ex humoribus complexio-
nes diversas habentibus quam herbe et gramina. immo etiam in
terra nascentia diversas consequuntur efficacias et vir-
tutes. ut dicit plinius et ysidorus. et hoc est propter quod auctores
predicunt. gramina montium sive locorum montuosorum
sunt rariora et breviora quam gramina vallium sive
pratorum. illa tamen sunt omnibus convenientiora. quia
dulciora et salubriora. et medicine sanctiora. In
paludibus quidem esse crescentia sunt pinguiora et diffu-
siora. sed meliora sunt semper que in montibus et
locis altioribus oriuntur. Nam ut dicit constantinus. et etiam ysaach.
herbe paludestres peiores sunt iumentis. Nam aquo-
sum generant sanguinem et cito se ambus dissol-
ventem. Inflationem et rugitum in intestinis generant.
sed in contrarius contrarie. Est autem regula ut dicit
ysaach. sic nutritur ac contrarium dix. cuius radix
inter herbas nutrit eius semen non est nutritivum. Et eo
contra. cuius semen nutrit eius radix non nutrit. Gra-
men itaque ut dicit palladius gramen fuit solum in aspec-
tu gratum est animalibus in pastu. gratum quod sit sanguine-
bus in effectu. Nam sicut in radicibus sicut in graminibus
latet virtus multum medicine. Gramen quando austrinum tempus
pluviosum est. et estate diligenter non virore ex um-
bris habundancia et in locis ... densissimis se
diffundit. Sed prevalente vento boreali et frigido.
deficit extrinsece et marcescit. ut dicit beda. Gra-
dyac. no. gramen dicitur quedam herba specialis habens virgas
nodosas serpentes super terram. et folia lata aliquantulum
acuta. Cuius radix nodosa et dulcis. Hanc herbam
boves et alia animalia libenter comedunt et depascuntur.
Cuius virtus est stiptica. et vulnerum conglutinativa.
ventris constrictiva. ulcerum renum et vesice sana-
tiva. doloris splenis mitigativa. Hanc herbam non
solum canes. et illam comedunt. quando se purgare vo-
lunt. ut dicit plinius. Ita quod faciunt catte. quod nos pote-
hec ad huius peritiam devenire.

Galbanus est herba. cuius succus galbanum dicitur.
Et est herba in campis ferule similis. immo ut
dicit varro. galbanum succus ferule est. ut dicit ysidorus.
li. xvii. Incidit autem herba in estate. et effluit

inde lacma q̄ recolligit̄ ⁊ dsiccat̄. Illud aūt
galbanū ē optimū q̄ ē mūdissimū ⁊ h̄ꝫ p̄les
guttas sic̄ armoniale ⁊ ē similis thuri ī colo
re h̄ns grana lucida. ⁊ cui⁹ granū n̄ ē ni
mis siccū. ut d̄r plin. ⁊ dyas. Inestate circa
sentiat̄ desudat̄. Inest ꝗ ei uirt⁹ ignea calida.
s. ī. iii. g. ⁊ hūida ī p°. ut d̄r ci. Sophystica
t̄ ꝗ cū puluē colophonie. i. picis gre. ⁊ cū
fabis fractis corticibꝫ abiectis. q̄ cū optie
galbano ⁊ resoluto cōmiscent̄. Galbanū
ꝗ purū. dū p̄ꝫ seruat̄. Virtutē h̄ꝫ attrahendi.
dissoluendi. leni[d̄i] relaxandi. ⁊ mitigan
di. Fum⁹ ei⁹ litargias excitat. Dolorē sple
nis ⁊ opilatōes cū aceto sanat. Fetū mor
tuū de matrice educ̄ ⁊ matrīcē purgat. Cum
melle puluis galbani lūbricos necat. Fu
m⁹ ei⁹ mistruū p̄uocat. Serpentes ⁊ uenenos
sa ei⁹ fum⁹ fugat. Dolorē dentiū mitigat.
ut d̄r dyas. pli. ⁊ plat. Uin sumit̄ ꝗ sigil
latū cū rebꝫ adiu̇ctis emūdari. p̄mo ig
sic̄ ignē ī testa d₃ liq̇fi. ⁊ ī aq̄ post ī fun
di. ⁊ q̄ purū ē sup enatabit̄. q̄ uero inutile
ē ut cortices ⁊ lapilli. inferius residebit.
Dyas. tn̄ d̄r q̄ ī aqua feruēti galbanū d₃
poni. Et q̄ petit fundū colligi. q̄ ꝗ supena
tat ut cortices ⁊ h̄ꝫ. d₃ amoueri.

Gutta ad mod̄ galbani ē cui⁹ dā h̄be uł
arboris lacma. q̄ alio noīe armoniacū
appellat̄. Ista ꝗ arboris uł h̄be ramusculi
diebꝫ estiuis ab … solis ītadunt̄. ⁊ gut
ta q̄ inde distil[la]t. gutta siū armo
niacū amecleas nuncupat̄. ut d̄r ysi. pli.
⁊ c̄. Istī⁹ gutte sp̄es ista ē nobilior q̄ mū
dior est ⁊ purior. ⁊ t̄re feculencie imp
mixtior. Que quid d₃ ē candida ⁊ pingui
sic̄ thus. ⁊ qn̄ frangit̄ appet splendidū
intus ⁊ gūmosū. ut d̄r dyas. ⁊ pli. ⁊ h̄ꝫ
odorē silē castorio. ⁊ saporē subamarū q̄
am̄ huīu siū acrū. Est ꝗ gutta calida ī. iii. g.
⁊ sicca ī sc̄o g. h̄ꝫ uirtutē dissoluendi ⁊ re
laxandi. ut dr̄ ī plat. Cui⁹ scrupul⁹ pota
tus cū oximelle. splenetricos curat. Aspi
ritates ⁊ īmūdicias oculoꝝ mitigat ⁊ cu
rat. Cū suco absinthii lūbricos necat. Cō
tra artheticā ⁊ sciaticam passionē cū pice
dura multū iuuat. p̄uocat mestrua. pu
gat. Omēs tumorēs ⁊ īflatōēs sedat. ut
d̄r. glo. sup illū loc̄. mirra ⁊ gutta. ⁊ c̄.

Gariophili ut d̄r dyas. q̄dā sūt grā ⁊ sa
poris acuti. coloris subnig̃. calidi ⁊ sicci
ī effectū. hūidi n° in eius actu. Quidā ꝗ ī suis
qualitatibꝫ mag̃ s̄ remissi. Sūt ꝗ fruct⁹ cuiu⁹
dā arboris ī india. q̄ ī estiuo t̄pe colligunt̄
qn̄ s̄ maturi. p. v. ānos ī multa efficacia
ꝯseruāt̄. I loco q̄ n̄o nimis sicco nꝫ nimis hū
to s̄uāt̄ s̄uan. Quia ī multū hūido putrescet.
⁊ ī multū sicco aresc̄et. Eligendi s̄ ꝗ q̄ ī se sītiae
aliq̄tulū h̄nt planitie. q̄ acutū h̄nt saporē
⁊ suauē odorē. ⁊ qui ex p̄ssione ūguis aliqd
emittunt hūiditatis. Sophysticant̄ ꝗ cum
puluē gariophyl' mixto cū aceto ⁊ uino
odorifero. ex quo ꝯbibūt hūiditatē. ⁊ mixtū dic
nūt̄. Q. r. ī exteriori sup̄ficie mag̃ s̄ acuti
q̄ alii. Et cū acumē mag̃ s̄ ī exterioribꝫ q̄ ī
interioribꝫ. Sꝫ sophystica n̄ possūt ultra
.xx. dies reseruari. h̄nt ꝗ hoi garophili uir
tutē ꝯfortandi ex aroaticitate sua. dis
soluendi ⁊ ꝯsumendi ex qualitatibꝫ suis. cō
fortant̄ q̄ cerebrū ⁊ uirtutē aialē. Valēt
q̄ ꝯ defectū cordis. q̄ ꝯfortant uirtutē sp̄a
les. Valēt q̄ ꝯ indigestiōē stoī ⁊ dolorē ex fri
giditate ex uento sicitatus q̄ uirtutē iu
uant nalē. h̄ueuclꝫ dyas.

Genesta q̄ q̄ ab amaritudie d̄i. q̄ ei⁹
gustus nimis hoībꝫ amar⁹ ē arbustū
crescēs ī locis desertis. ī eulus ⁊ sarosis. Cui⁹
p̄sentia sterilitatis ⁊ aridicatis t̄re n̄o ē
sēte testis ē. h̄ꝫ multos ramos graciles.
duros ⁊ nodosos. uirētes hyeme ⁊ estate.
Flores glaucos. spissos. ⁊ īuolutos. grauis
odoris. amari saporis. Sꝫ tn̄ s̄ magis̄ uirtu
tis. ut d̄r dyas. Ista flor̄ ⁊ folior̄ ei⁹ elixa
tura splenis tumorē ꝯpescat. Dolori den
tiū subuenit. ꝯstruā string̃. Fluxū disse
terie string̃. pediculosos ⁊ lendes sue ei⁹
pimit. Semē sue amarū ⁊ nigrū. ī qb⁹ ca
tenis longis ⁊ nigris ad mod̄ follicułoꝝ
inscie uel pise ꝯuolutū. ⁊ ualꝫ ad p̄dc̄a.

Granū ē minima q̄ dā pars q̄ arboris
p̄ticula distincta substaliē ⁊ diuisa. In
quolibꝫ ꝗ grano ē cortex ⁊ medulla ī qua
relīquit̄ ratio seminal'. ut ex grano t̄re

8 armo[ʌ G5] niato)

ʌ Ʌ
ʌ 8
ʌ 9

commisso post se producit plantam. Unde in quibusdam grano
est relicta post annum. ut exemplificat ibi planta. que me-
diante sua species multiplicetur. et in eis specifico con-
servetur. Unde granum quamvis sit modicum in substantia corticis et
medulle. magnum tamen in virtute. cuius seminalis ef-
ficacia et virtute. Sicut grana differunt in specie. et sic
differunt in figura. situ ac dispositione. Unde dicit Aristoteles in primo li-
bro de plantis. Grana inquit et semina alia nascuntur
in plantis sine siliqua. ut semen aneti et feniculi et huiusmodi.
et alia nascuntur in siliquis et in folliculis. ut faba. et
alia legumina. et alia in substantia callosa emittuntur.
ut semina pirorum et pomorum. Et quedam habent gra-
na in testa. et callum operitur testam. ut nux et oliva.
Grana autem ordinata in siliquis et in folliculis variantur
multum in situ. Quia quedam habent grana sua. sicut ac-
cidit celidonie que herba valet ad oculos. Et
quedam faciunt grana in folliculis clausis. ut fa-
ba. pisa. etc. Et quedam in non clauso sicut triticum. et
spica. spelta et similia. Quedam autem non faciunt grana
sua in aliquo folliculo. ut grana ordei. sed pa-
leam suam que continuat cum grano suo. Et quedam
grana sunt duplata per ordinem absque pariete me-
diante. ut patet in granis nasturcii. Et quedam
complicantur in divisis per ordinem cellulis eius follicu-
li. ut patet in mirto. In cuius fructu sunt tres celle.
et in qualibet cella tria grana. vel .iiii. sine parie-
te aliquo sunt coniuncta. et quelibet est inter grana et
grana paries ligneus. sicut in cassiafistula. aliorum pa-
ries carnosus. ut patet in cucumere et cucurbita.
Et quorundam inter grana sunt parietes diversi generis. et di-
verse substantie. ut accidit in malisgranatis. in quibus
sunt quidam parietes carnosi inter grana et grana.
et quedam tele tenues non carnose sunt inter grana
et grana. Sed sicut differunt grana et grana inter
se in substantia. ita etiam in figura. Habent enim quedam formam
rotundam. Quedam piramidalem et oblongam. Que-
dam triangularem. vel multilateram. ut patet in ciceri-
bus. Grana autem que sunt oblonga in uno latere vi-
dentur quasi fissa. ut patet in grano tritici et consimilibus.
corticibus autem suis telis muniuntur grana propter inte-
rioris medulle et caloris naturalis conservationem. Hec
Gith genus est leguminis satis omni- usque ad
no inquantum tamen nigri coloris et in parte superficiei
dulcorando. ut dicit glossa super Ysa. xxviii. secundum
platearium et dyascoridem. Gith est herba calida et sicca.
in .ii. gradu. que inter frumenta nascitur habens semen pun-
nigrum. et est triangulum. diureticum et subtiliativum.
habet virtutem dissolvendi et consumendi. Opilati-
ones etiam splenis et epatis habet dissolvendi virtutem
et aperiendi. et ventositates extenuandi. et e-
morroidas inflatas sedandi. et etiam fluxum re-
stringendi. et lumbricos ventris similiter cum melle
interficiendi. Hec herba dicitur etiam nigella. cuius
decoctio in aceto decocta tumores aurium si auri-
bus tepida instilletur. Apostemata rumpit si cum
furfure et sepe lini et fimo columbarum in vino
decocta cataplasmetur. Contra lepram et valet dici-
tur si cum [illegible] et modico sale aspergatur. Menstrua
provocat et abortum procurat si mulier inde suf-
fumigetur. Contra stranguriam et passionem ni-
gella infusa [illegible] propinetur. Sed est tamen ne-
nimis violenta efficacie. Sed ut dicit Constantinus. ni-
gella in multa quantitate sumpta. occidit.

Ilex. ilias est species quercus. arbor .s. glandi- 81
fera. Et dicitur ab eligendo. quia ut dicit Ysidorus libro
xvii. huius arboris fructum homines sibi primo ad vic-
tum invenerunt et elegerunt. priusquam frumenta
essent usitata. antiqui vivunt glande. Inter autem arbores
glandiferas. honorabilior iudicatur. Ilex cuius
fructus ut dicit Plinius libro xvi. mitior est teste natura.
Est siquidem ilex arbor grosse et profunde radicis.
solidissimi ligni. et corticis durissimi. spissi et
rugosi. multe ramositatis. et tamen foliorum um-
brositatis iocunde. et quo ad fructus glandi-
feros. non modice fecunditatis. Lignum siquidem
eius forte est et durabile. immo fere incorruptibile.
Sed cum eius trunca in profundis fluviis sub aquis de-
pressa. quasi in lapidis soliditatem convertuntur. Et
quanto per longiora secula in talibus locis humidis de-
figuntur. tanto amplius indurantur. Et ideo
talia ligna templorum templis. et regalium edificio-
rum structuris erant apta. Ideo propter indissolubi-
litatem ligni nam ex ilice deorum simulachra se-
pius sculpebantur. ut dicit Plinius.

Iuniperus est arbor ut dicit Ysidorus. Hec tamen apud 82
grecos eo quod ab amplo in angustum finitur. sicut
ignis. vel quia contectum diutius ignem conservat. adeo
quod si prune prune ex eo fiunt operte. usque
ad annum ut dicitur nullatenus extinguuntur. pir
siquidem igitur dicitur apud grecos. Unde iuniperus quasi
gignens ignem dicitur. Iuniperus autem alia magna
et alia est parva. ut dicit Ysidorus libro xvii. et utraque

est arbor aspera et quasi aculeata, et folia habet multa gracilia et acuta, et utraque est fructifera, sed prima magis. Cuius fructus granis parva et rotunda, prius viridia, et post efficiuntur quasi purpurea vel quasi subrubea, quia plenarie sunt matura. Utroque fructus et folia iuniperi componit. Est autem arbor calida et sicca in iii gradu, ut dicit Dyas. Cuius fructus congruunt medicine. Cum in vere colliguntur et per biennium reservantur. Virtutem habent dissolvendi, consumendi, confortandi. Contra fluxum ventris ex acuitate medicine valet decoctio baccarum eius in aqua pluviali si inde patiens balneetur. Ex iunipero etiam fit oleum iuniperinum efficacissimum contra quartanam si cotidie inter posteriora ungatur in cibo vel alio modo offeratur. Valet etiam contra iliacam passionem si per ... dolentes inde purgantur. Epilenticis et cardiacis subvenit. Lapidem frangit si per siringam iniciatur. Siringa est fistula subtilis cum qua medicina mittitur in vesicam. Vinum decoctionis iuniperi cum ficubus siccis pectus purgat. Tussim tollit, ut vult Ysaac et Dyas. In locis saxosis et sterilis crescit, et in desertis. Cuius umbram fugiunt serpentes, ut dicit Plinius. Et ideo fructus eius comestus valet contra venena.

Ysopus est herba virtutis et medicine, in petrosa crescens, et in radicibus petre solide se infigens, ut dicit Cassiodorus super psalmum. Hanc herbam dicit Dyas esse calidam et siccam in iii gradu. Huius virtus consistit in foliis et floribus plus quam in stipite vel in radice. In estate autem producit flores. Debet colligi in loco umbroso, mundo et non fumoso desiccari. Virtutem habet dissolvendi et consumendi et attrahendi, mundificandi pulmonem et omnia vitia pectoris. Ex eo enim fracta purgat et mundificat si cum ficubus siccis in vino decoquatur et patienti prebeatur. Dolorem stomachi et reumatismum tollit. Fomentum ex aqua decoctionis eius assiduatus humoribus matricem mundificat et abstergit. Herba ysopi in testa calefacta et capiti supposita caput frigidum confortat. Vulnera cadentium reparat. Dolorem ex ventositate tollit. Dicitur autem ysopus herba ysopum, et a quibusdam auctoribus eius medicina compilatur, et aliquando ... vocatur. Dicitur etiam in aurea. Est humilis petre que suis radicibus herens. Et unus ysopus pectoris herba medens ... in claudiano non preluciat, ut dicit Alanus ... Se celum ... confortat ... ysopus. Et ... quia dicit pectoris herba canos rupes

incedit ysopus. Et item alibi: Ad pulmonem opus est medicamen ysopus. Tante quoque auctoritatis fuit herba quondam medica apud veteres, ut dicit Plinius, quod sine ipsius aspersione se purificari non posse in delubris se putarent. Unde et apud hebreos fasciculo ysopi mundandi solebant purificari, ut patet Exodo xii et Numeri xv. Insuper eius pulvis valet contra ydropisim, ut dicit Dyas. Livorem accepte munditie et colorem vultibus optimum remittit. Dolorem dentium mitigat. Tinnitum aurium sedat, et quoque lumbricos necat, ut dicit idem.

Iacinctus est herba habens colorem purpureum florem. Traxit autem nomen a puero quodam nobili, qui in vallibus inter flores purpureos mortuus est repertus. Dederuntque nomen herbe casus funeris pueri. Est quoque similis viole in flore et radice, ut dicit Ysidorus li. xvii. Eiusdem nominis preterea coloris est quidam lapis preciosus, qui inter xii lapides preciosos in Apocalypsi nominatur. Iacinctus itaque est nomen herbe, lapidis itaque floris. Purpureus itaque color eius est aeris vel celi celestis. Purpurea autem hic colorem figurat. Filum ergo sericum bissus, ... cum istis tribus coloribus decoloratum fuit sacerdotalia vestimenta in veteri testamento.

Iusquiamus grece, latine dicitur ... calicularis, eo quod in hastili eius ex utraque parte contra quedam sicut capitella formata in figura calicum, sicut est videre in malis punicis seu granatis, ut dicit Ysidorus li. xvii. Quorum ora serrata sunt, continentia intus semina similia papaveris. Hec herba vocatur insana, quia usus eius periculosus est. Nam si comedatur vel bibatur insaniam facit vel sompni ymaginem turbationem. Et ideo hanc vocat vulgus milimindrum, quod alienationem mentis inducit. Ysidorus. Preterea cum sit herba venenosa, habet semen nigrum, rubeum et album, ut dicit Plinius et Dyas. Nigrum pessimum est et mortiferum. Rubeum est minus malum, sed album adhuc minus. Unde huius usus magis convenit medicine. Virtutem habet constringendi, congelandi et sompnum provocandi. Habens nigrum habet folia nigra, aspera et dura, et florem purpureum, et folliculos duros et solidos et spissos. Habens vero semen obrufum et flores habet melinos et folliculos molliores. Sed habens semen album flores habet albos et folia pinguia et mollia succo plena. Et est herba frigida in iii gradu et sicca in ii. Et ideo tumores refrigerat, ventrem stringit, fluxum sanguinis

sistit. Doloremque dentium ex calida causa tollit. Eius gumma allium operatur. Haec omnia dicit Dioscorides et platearius. De secunde specie scilicet de nucibus agrestibus. Sexta species est nux quae est mortifera apud Persas, in terra vero sua est comestibilis. Et hoc ideo quia eius malitia et venenositas per bonitatem terrae vel diminuitur vel augetur. De sicamoro dicit magister in hystoria super Exodum quod in pharetra sua summi pontifices coronam habebant, flores eius et filios habentis quam graeci sicamos vocant, digitis vero magnitudine. Sub illo autem flore in extremitate tyarae circa frontem et occiput erat circulus aureus triplici ordine distinctus. Sicut quidam habebant flores aureos similes plantaginis atque opere ad typum etc. Unde in hoc fuerunt privilegiatae istae herbae, quia earum similitudinem in tyara sacerdotis summi figurari meruerunt.

86 Castanea est arbor magna procera, a graecis sic vocata ut dicit Ysidorus libro xvii. eo quod fructus eius gemini in modum testiculorum intra folliculum reconditi sunt. Qui dum eiciuntur, quasi castrantur. Et ideo tales arbores a castrando castaneae graeco vocabulo nuncupantur. Haec arbor ubi excisa fuerit, tanquam silva ex pullulare consuevit, ut dicit Ysidorus. Haec arbor est multum utilis. Nam eius lignum valet ad edificiorum structuram et ad ignium nutrimentum. Eius fructus valet ad cibum, et cortices et folia ad medicinam. Fructus aliquando est sub uno cortice aspero et duro in arbore absconditus. Cum quandoque maturus est excutitur et dulcis in ventre potissime quando decoquitur vel assatur. Sicut autem dicit ysaach in dietis sunt calidae in medio primi gradus et siccae in secundo. Et ideo inter alia omnia habent dulcedinem et ex eo siccitatem habent ponticitatem. Castaneae vero nimis comestae sunt inflativae et doloris capitis propter inclusum fumum generativae. Sed ut ab eis nocumentum auferatur, oportet vel quod assentur ut corpulentia earum et terrestritas rarificetur, vel ut in dulci aqua decoquantur ut ex aquae humiditate et mollitiei temperentur. Et tunc bene nutriunt et laudabiles humores generant, et corporis ac pectoris siccitatem temperant, et maxime si cum zuccara comedantur. Ad colericos autem et flegmaticos cum puro melle valent et sunt medicinam. Quia ab horripilatione et vomitu sunt constrictivae et ieiunii in stomacho confortativae. Item castaneae cum modico sale trita et cum melle temperata rabidi canis vel hominis morsus sunt optime sanativa. Item cum farina ordei et aceto cataplasmata tumoris mamillarum sunt efficaciter repressiva. Item earum cortices et folia usta et pulverizata ac cum vino temperata adolescentis capiti ad modum cataplasmatis apposita augmentant capillos et prohibent eorum casum. Haec omnia ysaach in dietis.

87 Laurus est arbor victorialis digna multis laudibus preconiis propter singularem gratiam suae excellentiae et virtutis, propter quod et victores quondam ob certam victoriam frondis laureis coronati laureati dicebantur, quod generaliter dignum nomen vocatur. Cuius virtutes et singulares proprietates supposuimus in hoc eodem libro in littera A. Quaere in quercu.

88 Lentiscus est arbor similis humilis et mediocris, quae a graecis et hebreis etiam alio nomine vocatur ut dicit glossa super Danielem xiii. Cuius foliorum succus sanat et conglutinat scissa labia sive alia ulcerata ut dicitur in diaetis. Et dicitur lentiscus eo quod eius cuspis mollis sit et lentus. Nam quod molle est et flexibile lentum dicere consuevimus, ut dicit Ysidorus libro xvii. Istius arboris fructus oleum desudat, et cortex resinam quae mastix appellatur. Et est melior quae in chio insula generatur, ut dicit Ysidorus et plinius libro xvi. Folia istius arboris secundum dyascoridem et platearium et plinium sicut et tota arbor calida sunt valde et sicca. Et habent virtutem confortandi et consolidandi. Et ideo iuvat contra vomitum et contra fluxum tam sanguinis quam humorum aliorum similes virtutes habet gummi eius. Scilicet mastix quae a masticando sic dicitur eo quod masticata efficitur glutinosa et dura ad modum cerae circa dentes. Et sic masticata gingivas a putridis humoribus purgat, dentes mobiles confirmat et dealbat, et eorum radices roborat ac confirmat. Hanelitum malum aromatizat et emendat. Haec mastix sic colligitur in fine veris: cortices eius seu lentisci inciduntur et mundificata terra vestes mundae supponuntur ne liquor cadens in terram cadat. Unde quae clara est et munda ac alba est eligenda. Quae vero habet terram admixtam et est obscura est abicienda. Cerebrum emundat et depurat, et neruum fortificat, stomachi virtutem digestivam confortat, ventositatem attenuat. Liquefacta secundum regulam calidam omnia fracta scilicet gemmas et ad minus non consolidat. Dicunt plinius et dyascorides. Cuius est arbor multum spinosa cum radice alta in plurimas partes divisa, fructum habens similem mirto sed minorem rubeum carnosum quando est maturus et asperum lanam in ... Cuius succus sanat fluxum mulierum.

89 Lilium ut dicit Ysaac est lactei floris habens candorem cum sit in foliis auri species interius fulgentis. De lilio dicit Dyascorides et Platearius. Lilium calidum est et humidum et quantum ad silvestre et domesticum, et quantum ad genus purpureum flo[rem habens], et quantum ad album quod est efficacius, et quantum ad croceum vel purpureum. Est autem virtus lilii maturativa. Unde valet contra apostemata si cum axungia conteratur. Item inest ei virtus remollificativa. Unde valet contra duritiem splenis si eius succus oleo veteri admixto et bullienti in coctione splenis regio inungatur. Item inest ei virtus mundificativa. Unde valet ad faciem colorandam si pulvis eius cum aqua rosacea admisceatur et inde facies abluatur. Item mitigativa. Et in folia eius decocta et imposita valent ad loca que sunt combusta. Item si radix eius trita cum oleo apponatur. Item virtus eius est aperitiva et contractorum dissolutiva. Et in clistere provocat menstrualem. Item inest ei virtus tumoris repressiva. Et in virtus contra apostemata ex veneno similiter inflativa, si radix eius trita cum oleo sepius apponatur. Hucusque Dyascorides. De lilio autem sic dicit Plinius. Lilium florem suum una parte cum vino superpositum ictus sanat et valet contra fugorum maliciam venenorum. Decocte in vino oleo admixto clavos pedum et nodos solvunt, pilosque locis adustis reddunt. In vino quoque decocte addito melle venis precisis conveniunt. Folia eius cocta in vino vulnera sanant. Semen eius contritum igni apponitur sacro, et flos et alia conveniunt ulcerum nocumentis. Hucusque Plinius li. xx. c. xix. Item Theodorus li. c. v. Lilium rose nobilitate proximum est et quadam cognatione unguenti cognatione. In eo fit nobile unguentum olim quod liliorum appellatur, sicut et de rosis olim rosaceum fieri consuevit. Radix eius producit hastam in celum cum cubito. Dum dependet ab ea summitate flos, deinceps ab angustiis in latitudines se relaxans et dilatans ad modum campanelle resupinus et in circuitu labiis iterum hastis tenue filum continet in se semen stans in medio crocus. Unde lilio gratiosus est ad decentiam coloris, odoris redolentiam et efficaciam virtutis. Cuius color est triplex: albus, rubeus et purpureus. Hucusque Plinius li. xx. c. Hec est lilium radicem ex multis bullis consistentem sicut allium, ut dicit Aristoteles li. vegetabilium. Et in singulis bullis est virtus seminativa. Et ideo ex quacumque creatur planta quando per se plantatur. De hoc quere supra de cepa et allio in litera A. Dicitur ad proprium autem quod hasta lilii, eo quod nodosa est, si incurvatur in terram et cooperiatur antequam appareat semen eius et radix eius sicut cepe in radicem statim infra paucos dies in quolibet nodo stipitis sui emittit cepulam parvam que est illa de genere sicut sunt bulbi capitis vel eius radicis. Et hoc est mirum valde. Item idem. Florent lilii prius quam virides, post albescunt. Et si stipes sui hasta a radice totaliter abscinditur quia tunc humor stipitis et melius naturalis calor in medulla se convertit ad superiorem partem stipitis et digerit materiam ipsius floris, et tunc expandit se flosculus et albescit. Hunc prius tamen digesto. Et ideo ut dicit idem. Rusticatores comprimunt lilium intellectum huius qui in fine sollicitudinis deteriorantur. Item ibidem dicit quod lilium non habet virtutem seminativam in semine et radice, et in hoc differt a porro et allio et aliis que habent virtutem seminis in multis locis. De hoc quere supra de alliis et cepis in litera A. c. Lilium in stipite hasta novis cum flore abscissa glebe argillose infixa in motore servat diu nitorem floris sui. Flos lilii quando integer est et intactus manet multum suaviter redolet. Contactus vero manibus et confractus multum fetet. Ipsius quoque flos cum semine solum pro fructu habetur. Totam quoque virtutem quam habet lilium in stipite et radice totam ostendit in stipite et in flore. Et quanto flos ipse altius in hastili corporis erigitur tanto amplius celestis immissus intimatur. Flos insuper eius est exterius planus, suavis tactu et forma rotundus, aspectu delectabilis et iocundus. Intus autem granis aureis in sua concavitate est respersus, que tingunt plus quam croceus, et habet tingentia grana vii. hastulis sustentata. Unde ex sex foliis candidissimis simul contiguis componitur et ex vii. granis aureis in circulo decoratur, in quo medio semen eius loco fructus rotundo decore collocatur. Et tamen expansi floris beneficio teneritudo seminis a lesione frigidi aeris custoditur.

90 Lactuca ut dicit ysi. ex lacte humoris exuberantia est vocata. vel quia mulieres lacte impleat. Hec in viris veneris motum aufert. Cuius dicitur esse species scilicet domestica et agrestis. que serraliam vocamus. eo quod dorsum eius aculeos habeat duros ad modum serre. ut dicit ysi. li. xvii. c. ultimo. Unde quod dicit ysaach in dietis. Lactuce agrestis. domestice in fortitudine est similis. sed agrestes habent folia subtiliores et asperiores et minus virides. Propter sue humiditatis privationem. Et ideo magis est amaritudinis et potencie actionis vel illi que domestica est. quia maioris est caloris et siccitatis. Et ideo multum donat menstrua provocat et hydropicos curat expellit. ut dicit dyas. Lactuca vero domestica frigida est et humida sed temperate. ita quod neutram qualitatem excedit modum. Et ideo eius usus congruit usui et est medicine. et subtilis est et sulbaz et maxime quando est recens. Et ideo cito digeritur et stomachi ardorem et morsum ex colera turbata sedat. Sanguinis ebullitionem refrigerat. In sompnietatem placat. Capitis dolores ex fumo colerico sanat. Lac in mulieribus multiplicat. Semen in viris generat et augmentat. Et hoc accidit propter bonitatem sanguinis quem gignit in perfecta quantitate. et in perfecta qualitate. Sed quando excoquatur et induratur. minuitur eius humiditas et amaritudo. ex usu eius sanguis pessimus generatur. Vel eius usus nimius debilitatem et debilitatem. cuius tamen proprius actualis est mortificatio. quia cum suo potentiali sensum suffocat naturalem. Et ideo talis lactuca generare volentibus maxime est nociva. spermaticam materiam congelat. coagulat seminale. et papaver semen eius si in cibo aut potu sepius assumatur. huiusque ysaach in dietis. plinius dicit li. xx. c. viii. de lactuca dicit. Est species lactuce sponte nascens. que marina vocatur. que prope in mari. propter ea vocantur pisces quod sunt in vicino. Cuius lac cum aceto et aqua et vino ydropisi medetur. cuius caules et folia contrita cum asperso sale nervi incisi sanat. Alia est species lactuce que nascitur in arvis. cuius folia trita cum polenta illita ulceribus sanat. et hec greci ysoprion vocant. Tercia species est in silvis. que silvestris vocatur. cuius folia trita cum polenta vulneribus posita. sanguinem sistunt. et putrescentia vulnera sanant. Radice et foliis mitigatur ignem sacrum. Est et alia species lactuce huius rotunda folia et brevia. que multi heraclea vocant. Cuius succum accipitres scalpendo herbam exhauriunt. et inde tingentes oculos discutiunt. obscuritatem et caliginem cum senescunt. Cuius herbe succus sanat omnia vitia oculorum. et maxime cum eis lac mulieris admiscetur. Serpentum morsibus et scorpionum ictibus medetur. si succus eius cum vino potetur. et folia contrita super vulnus emplastrentur. Omnem et inflationem discutit et compescit. Semen et lactuce tam silvestris quam domestice libidinis ymaginationes in sompnis compescit. et corpus pollui non permittit. si in cibo frequenter assumatur. Frequens tamen usus eius et nimius esus. oculorum officit claritati. Multas alias laudes ei attribuit plinius in eodem c. sed hec sufficiant.

Lappa est herba huius folia lata et spissa cum tamen huius in summitatibus hastularum que tamen capitella spinosa et aculeata sed retortua. que vestibus transeuntium solent adherere. Unde dicit ysi. li. xvii. lappa est talis. eo quod habeat caules ingentes per terram dispositas. que agrestes philantropos eo quod vestibus hominum adhereat ob asperitatem suam. vocant. Et nascitur iuxta muros. Et dicitur phylantropos id est amans hominem. quia quadam affectione videtur hominum adherere vestibus. Cuius species est dicitur acuta scilicet et rotunda. ad similitudinem pedis caballi. Unde et ammullas vocatur ungula caballina. et utrumque folia gerit et horribilis sunt odoris pessimi et saporis. ut dyasc. Sed plinius li. xx. c. xxii. lappe multe sunt species. et omnes sunt medicinales. sola ictibus scorpionum medentur. nam feriunt hominem. si intustus fuerit succo eius. Decoctio radicis eius nutat dentes et confirmat si tepida in ore teneatur. Semen eius inextricabilia vitia stomachi curat. Ex taciturnitate sanguinem prodest. Dissinteriis subvenit. sola radix eius cum vino. sistit alvum. Sed folia adiecto sale. solvit. Semen eius po- 91

tum tritum adiuvat calculosos. totum herba trita cum axungia valet contra strumam. humectum per pli(nium). Secundum plat(earium) lappa sive lappacium est herba calida et sicca habens virtutem dissolvendi. relaxandi. aperiendi. et attrahendi. Et ideo valet contra scabiem. pruritum. serpigines et impetigines. et inferius inunctum consumit humores. apostemata dissolvit duritiem et tumorem. Valet contra febrem ydropisim. splenis opilationem. sucus eius cum suco rute ammixtus cerebrum purgat a flegmatica superfluitate. si in modica quantitate naribus in balneo vel in aere calido in stillentur.

92 Lappaces cibus est ex quibus tam herbis domesticis recentibus lappaciis similibus compositus confectus. ut dicit glo(sa) super iud. c. xv. Unde alexander. neque ait lappaces cibus est et olus. compone eundem. Sunt autem lappaces genus caulis habens folia lata ut lappa. Sed folia lappacis sunt mollia et grossa et subpillosa. plana. involuta intus se mutabiliter et concava. habens stipitem brevem et grossum. nodosum exterius. sed mollem interius et carnosum. Hec herba convenit esui et medicine. Et inde fit cibus bonus quando diu fuerit percocta decocta cum aceto et sinapi et melle diligenter componatur. Et talis cibus vulgariter compositum nuncupatur. Cuius virtus est singularis contra resistere ebrietati. ut dicit pli. li. xx. c. x. Ista ante cibum comesta. cavet ne ebrietas superveniat. post crapulam sumpta. compellit crapulam ut recedat. Et ut clamat scola crassitatis. hec herba nichil est utilis stomaco atque nervis. Et so(lum) pullicis et tremulis lumbis est data. et sanguinem. recentibus. lactis ubertatem prebet pueris. Valet etiam si sucus adversus venenum et serpentum ictibus occurrit. et maxime semen eius similiter valet contra morsum canis. ut dicit psi. li. xvii.

93 Legumina ab eligendo sunt dicta. quasi electa. Veteres enim meliora legebant. et in se cibaria componebant. Et dicuntur proprie quorum grana tritico et ordeo maiora. et spissiora. que non folliculis sed potius in quibusdam siliquis grossis. spissis et clausis continentur. ut patet in ciceribus. pisis atque fabis. Differunt autem legumina in magnitudine. colore. figura et sapore. Ista inter legumina maiora sunt grana fabarum. et lupinorum. mediocria. cicerum et pisorum. minima. lenticularum et viciarum. In colore differunt. quia quedam alba. quedam nigra. quedam rufa. et quedam mixta. In figura quia quedam rotunda. quedam oblonga. quedam triangula. quedam plana. Differunt et in sapore. quia quedam sunt stiptica et dura. sed per decoctionem fiunt molliora et ad esum meliora. Quedam enim in se sunt amara ut lupini. sed per adiacentiam in aqua madefactionem efficiuntur dulciora. Et ut dicit pli. legumina que incipiunt maturescere. rapienda sunt. que cito exiliunt. latentque cum deciderint ut lupini. sicut dicit pli. li. xviii. Est autem leguminum substantia grossa. frigida et sicca. ad digerendum. durum et compactum. Unde propter suam compactionem. difficiles sunt ad coquendum. nam et possunt vix decoqui in aqua puteali. immo ad perfectam decoctionem indigent aqua fontana sive fluviali. Cibus itaque rudis et grossus de leguminibus fieri consuevit. conveniens hominibus fortioris nature et laboris. Ista leguminosa ex se ad digerendum sunt dura. sed digesta multum nutriunt et confortant. Sed tamen sunt inflativa et ventositatis generativa. Sed eorum ventositas diminuitur per corticis detractionem et assationem. et per eorum que ventositatis sunt exterminativa appositionem. ut ciminum. anetum. et similia. ut dicit dyas.

Lens lentis genus leguminis est. ut dicit ysi. li. xvii. sic dicta. quia humida est. lenta potissime. quando est in sua herba aqua diminutive dicitur lenticula. et debet scribi cum t. ad differentiam lenis capitis que dicitur lens lendis. et scribitur per d. Unde versus quidam. Lens lendis capitis. lens lentis crescit in agro. Est itaque lens vel lenticula sicut dicit ysaach. frigida et sicca ex contrariis naturis composita. Unam virtutem habet in cortice et aliam in medulla. Ista in cortice habet quandam acuitatem virtutem eius movens ventrem ad solutionem. sed medulla stiptica est et stomaco confortativa. et operatur ad constrictionem. grossum et melancolicum gignit sanguinem. et cerebrum replet grosso fumo. Unde est causa timorum et horribilium sompniorum. Vetustate stomachum gravat et inflationem generat. Omnes meatus corporis et transitus opilat. et nervorum ac pelliculorum cerebri siccitatem desiccat. et maxime nocet pelliculis oculorum. quia eorum humiditatem distemperat ac desiccat. Et ut dicit idem sanis nocet oculis. quanto magis infirmis desiccationis sue causa. et eius frequens usus pessimas in corpore generat passiones. potissime si cum cortice comedatur. et corpus sicce fuerit complexionis. humidis tamen et calidis quandoque prodest. Unde valet ydropicis si sine cortice comedatur. Sed cum cortice nocet. quia multum generat inflationem. et pelliculorum extensionem. Lens autem eligenda est que est gros 94

sior et tenacior et ad coquendum facilior. Et hec tamen quod est ad cibum quam ad medicinam. Lentis malitia temperatur si deponitur cortex et eius medulla in aqua dulci decoquitur et post abiecta cum oleo et pipere et cimino et consimilibus condiatur. Hec omnia ysaac in dietis. Dicit autem plinius libro xviii capitulo xii lens amat terram tenuem et subtilem magis quam pinguem et celum id est aerem magis quam siccum. Omnia enim legumina diligunt aquam ante florem, sed postquam floruerint diligunt siccitatem.

94 Linum dicitur tam herba quam semen. Et est sic vocatum eo quod molle atque lene et plurimum delicatum sit, ut dicit ysidorus libro xix. Linum autem secundum plinium libro xii capitulo ii seritur in locis planis et scrupulosis. Et hoc in vere et colligitur in estate. Erumpit autem in stipitem suum culmum erectum producens flores flavos quibus succedunt quedam capitella loco seminis ac fructus. Et cum inceperint capitella pallescere culmi integri evelluntur et evulsi a suis capitellis semen continentibus carpinantur. Deinde colligantes partes lini in fasciculos colliguntur et longo tempore in aqua maturantur et extracti ad solem desiccantur et post multis tunsionibus et carpinationibus a suis superfluis expurgantur. Et sic partes de feritate in fila contorquentur et per multiplicem decoctionem ad albedinem deducuntur. Ideo enim linum a suo virore crescit per spoliationem et per suum candorem decoratur. Nam multotiens contunditur et decoquatur et soli appositum aqua tertio et tertio aspergatur. Et cum sint multa genera lini, id est precipuum in decore, quod solet esse in egypto. Item inde fit bissus nivi comparabilis in candore ut dicit plinius libro xix capitulo ii. Cum tamen habeat similitudinis huius genus lini et plus luce quia inde fiunt vestes gratissime sacerdotum. Est autem linum necessarium ad usus multos. Item ex lino fiunt vestimenta ad induendum. Vela ad navigandum. Retia ad venandum et piscandum. Fila ad suendum. Funes ad ligandum. Cordule ad sagittandum. Ligamina ad connectendum. Luce ad mensurandum. Lintheamina ad quiescendum. Cortine ad ornandum. Sacculi et bursule ad quelibet necessaria reponenda. Unde nulla herba tam diversis usibus hominum est tam necessaria sicut linum. Cuius semen est calidum et humidum et siccum temperatum virtuosum. Unde tamen fit olim quam aliis usibus magis est necessarium quam ad esum. Item ut dicit ysaac semen lini parum nutrit et durum est digestioni nocivum stomacho et plurimum inflativum. Diureticum tamen est cum melle acceptum melius est et valet contra tussim. Comestum quoque cum melle et pipere venerem excitat et stimulat ad amorem. Valet ad apostemata quia maturat ea. Habet enim vim mitigativam subtiliativam sive rarificativam maturativam. Unde solvit apostemata matricis si pacientes in eius decoctione sepius foveantur ut dicit ysaac in dietis.

Malus est arbor pomifera in se quidem magna, sed respectu lignorum quorumdam nemoris mediocris et submissa, ligno solida, rugosa cortice et nodosa, frondium densitate umbrosa, florum varietate decora, fructuum suavitate iocunda, visui et gustui gratiosa, in diversis medicinis efficax et virtuosa. Dicitur autem malum mali ipsum pomum sive fructus. Sed hec malus dicitur ipsa arbor sive pomus. Et est sic dicta eo quod eius fructus sit rotundus. Unde et illa sola vere mala que maxime sunt rotunda ut dicit ysidorus libro xvii. Item malum in greco rotundum in latino. Differt autem malus ab aliis arboribus silvestribus vel nemoris quia malus et maxime domestica duplicatus est vere. Item truncum habet a natura productum, surculum autem aliunde venientem ipsi trunco insertum et mixtum. Que duo quando per insertionem per se uniuntur unam arborem constituunt. Surculus autem insertus trunco totam virtutem trunci in suam transmutat qualitatem sicut dicit aristoteles in fine primi libri vegetabilium. Quere se eodem in tractatu de arborum insertione capitulo principali. Malus autem nisi putetur et a superfluis ramis exoneretur sterilescit ut dicit idem quia humorem attrahit a radice non sufficientem ad productionem fructuum quia transit in ramorum sterilium nutrimentum. Quere supra de causa fructificationis arborum. Malorum diversa sunt genera. Item quedam ferunt fructum ponticum atque durum. Quedam acetosum. Quedam dulcem et iocundum. Et horum diversitas fructuum ex diversa qualitate humoris procedit et debilioris vel fortioris operatione caloris existentis in radice sicut supra in proprio tractatu est. 95

96 Malus granatum arbor ferens mala granata. Arbor siquidem feminini generis, fructus vero neutri. Et dicitur malum granatum eo quod intra corticem et rotunditatem granorum contineat multitudinem ut dicit ysidorus libro xvii. Cuius cortex dicitur psidia. Flos vero balaustia nuncupatur. Florum autem alii sunt albi, alii purpurei, alii rosacei. Hec poma mala punica sunt dicta quia de regione punica primitus sunt delata. Ut

dicit Ysidorus. Est arbor multum dura et nodosa et ramosa plus in latum quam in altum se diffundens. Et est frigoris impatiens. Unde in pruina cito perimuntur flores eius. Dicit autem Aristoteles quod mala granata mutant amaritudinem suam per culturam. Quere supra eodem de arborum cultura. Istius autem arboris secundum Platearium multe sunt species. Sed de duabus iam loqui sufficiat: scilicet secundum Dyascoridem et Ysaac in dietis. Malorum granatorum duo sunt genera. Alia enim ferunt poma dulcia, calida et humida; alia acetosa que frigida sunt et sicca. Et diversis certis possunt conservari. Dulcia conveniunt magis usui et medicine. Scilicet tota arbor medicinalis est, et partes [illegible] fructus eius. Unde dicit Ysidorus libro xvii: Negari inquit medicinam corpori nostro mali punici et cibo nutriri. Sed putant quod plus conferat medicamento quam corporis alimento. Habet siquidem tota arbor stipticissime fructus eius virtutem constringendi, confortandi, consolidandi, et humores superfluos desiccandi, et fluxus sanguinis [illegible] et vomitum colericum compescendi, ut expresse docet Ysaac, Dyascorides et Platearius. Si tamen more congruo et ordine debito exhibitum contra singulas intrinsecas vel extrinsecas corporis passiones. Dulcia tamen magis sunt ventosa et inflativa alvi, et quia sicca minus febricitantibus secunda. Et ideo minus conveniunt febricitantibus quam acetosa. Ex quorum succo fit potus qui dicitur oxizaccara, qui calorem febrilem mitigat, materiam febrilem digerit et alterat. Appetitum provocat et naturam ex calore deficientem reparat mirabiliter et confortat. Et valet contra epatis calefactionem et cordis defectum sive cardiacam passionem. Flores eius et fructus ac cortices si pulverizentur et in potu assumantur, lumbricos veteres necant. Dentes et gingivas purgant optime et confirmant. Et contra multas alias subveniunt passiones, ut dicit Dyascorides et Ysaac. Mala punica in omnibus predictis sunt efficacissima. Quamvis enim sint exterius in cortice et discolorata, stiptica, insipida et desiccata, intus tamen sunt rubea, humida et mollia, iocunda et sapida, et miro ac incredibili nature artificio per granulorum cellulas ordinata, ut dicit [illegible].

et obscuritate innata et plus se habet ad aggregationem et innate aggregationis conservationem quam ad subtiliationem et rarificationem. Quando autem continuat mediocre in materia humida per dominium similiter generabitur color medius qui habebit plus de albo quam de nigro. Quando vero humidum per dominium vincit perspicuum purum magis se habet ad album quam ad nigrum et tunc gentes in frigidi actionis se habet quam est calidi quoniam calidum agit in humidum exalando et consumendo frigidum vero confirmando et in sui natura per viam consolidationis et compactionis. Si vero sic in medio suo sit in calido in actione calidi per dominium tunc quia potest facilius humidum transmutari in nigredinem quam sicci in albedinem generabitur color plus habens de nigredine sicut patet quia humidum et siccum diducuntur ad invicem ideo generat calor colorem nigrum in humidis et viridibus lignis quam in lapidibus combustis in quibus calor generat consimilia. Si vero fiat actio frigidi per dominium per modum mediocrem calore erit medius compositum magis ex albedine quoniam humidum magis se habet ad albedinem quam siccum ad nigredinem sive ad aliquem colorem eo quod in humido est magis perspicuum quod est propria materia coloris. In sicco autem non autem in quantum huius ideo non agens saltem uno modo est humido magis albedinis sed quod vix possibile est propter proprium solidationis et duritiei causa nisi quod est in sicco. Licet enim sit de se sic natum congregari non tamen ita bene est congregabile sicut humidum ut patet in lapide qui licet solida sit compacta non tamen facile recipit maiorem compressionem a calido agente. Videmus enim in multis quod frigidum de facili producit albedinem ut in nive quod non tamen apparet exemplariter quando agit in materia sicca sed in contrario medio. Certe in mediocre fieret mixtio quae esset equidistans ab extremis. Si enim quando est dominium solum ex parte agentis alterius vel solum ex parte materie accidit color compositus ex albo magis et ex alio minus tunc quando equantur tam agentia quam patientia erit color se habens equaliter ut patet ex prius dictis et ita erunt due extremitates et quinque media. Non videtur quod pluribus modis potuerit medium esse distinctum secundum speciem sicut declaratum est per istam distinctionem dicta proportione nihil ita non superflua nec diminuta. Et testatur quod tantum sunt quinque media colores quorum numerus et sufficientia potest accipi per modum istum et ex combinatione albi et nigri a quibus eorum generationem eo quod nigrum et album contraria sunt et ideo positum coloris medium et erit color equidistans inter extremos ut albedo. Inter album vero et rubeum non possunt esse nisi duo. Unus magis appropinquabit albo et alius magis rubeo. Inter rubeum vero et nigrum erunt similiter duo. Unus magis conveniens cum rubeo et alius magis cum nigro ita plures non possunt esse inter medium quoniam inter album et rubeum non potest esse aliquis equidistans simpliciter qui equidistantia simpliciter habet tantum habere ad extremos. Sed talis si ponerentur haberent tres quartas albedinis et unam nigredinis quoniam medietas rubedinis extrinseca est quarta albedinis et una quarta nigredinis. Eodem modo non invenitur equidistans simpliciter inter nigrum et rubeum quia oportet quod haberet tres quartas nigredinis et unam albedinis et sic esset tantum equidistans secundum quid et secundum apparentiam et non simpliciter secundum veritatem.

Hos autem colores quinque inter medios nominat Aristoteles, primum vocans glaucum sive puniceum, id est citrinum, tertium rubeum, quartum purpureum, quintum viridem, ita quod inter album et rubeum erit glaucus apte albi puniceus apte rubi. Inter nigrum autem et rubeum purpureus apte rubei et viridum apte nigri. Hec nomina alio modo vocantur in greco. Ut Kianos purpureus, Karapos glaucus. Sed de nominibus grecis non est vis. Sed nomina latinorum attenduntur et ideo ea tamen parte potest. Quoniam glaucus magis habet de albedine quam de nigredine et rubedine et talis color potest in foliis cadentibus in yeme vel autumno. Puniceus vero et purpureus conveniunt in rubedine quia utrumque habet plus de rubedine quam de albedine et nigredine. Sed puniceus est magis remotus a nigredine quam purpureus ut vult Aristoteles in libro de somno et vigilia in loco de corruptione colorum in nigredinem non ponit puniceum per purpureum modum declinare in nigredinem et ideo oportet ut purpureum sit inter rubedinem et nigredinem et puniceus inter albedinem et nigredinem ex quibus omnibus sequitur quod viride debet poni cum nigredine ex quo patet ordinationis ipsorum quinque colorum inter mediorum fini Aristoteles.

Sunt autem qui ponunt lucem esse de substantia coloris. Et illi dicunt quod color est lux incorporata perspicuo. Habet autem perspicuum differentias istas aut enim est purum separatum a terrestritate aut est impurum cum terrestritate admixtione. Lux autem consideratur quadrifarie quia aut est lux clara aut obscura vel est pauca vel est multa nec dico lucem magnam per se magnum diffusam sed sic de luce intensa dicitur quod in puncto colligitur lux multa ut quando exponitur speculum concavum soli et lux cadens super totam speculi superficiem in centrum spere speculi reflectitur cuius lucis collectio specierum inflammat et calidum combustibile generat. Unde cum stupa vel aliquid inflammabile opponitur subito accenditur et ignitur. Si igitur fuerit lux clara et multa in puro perspicuo albedo generat

Nam albedo est color e luce multa et clara in perspicuo generatur ut dicit Al. Si vero fuerit lux pauca et obscura in perspicuo obscuro nigredo necessario generatur et iste summo explanat sermone Ar. et Averroys qui ponit nigredinem privationem claritatis et albedinem habitum sive formam et secundum hoc secundum medium patet quod secundum .vij. colores ab albedine versus nigredinem paulatim accedentes similiter .vij. erunt primi in nigredine a nigredine versus albedinem procedentes donec fiat accessus alterius .vij. colorum quibus ab albedine ad nigredinem descenditur. Ubi patet quod .ij. albedinis extrema contribuuntur scilicet lucis claritas et eius multitudo ac perspicui puritas duabus manentibus preter eius remissio erit gradus per hunc modum tamen color generatus. Vel quibus cum solo remanente duorum reliquorum et remissio et sic albedine erit .vij. colorum intermedii productiones vel progressiones similiter a nigredine versus albedinem. .vij. sunt colores erunt secundum ultimam considerationem .xvi. colores duo principales est albedo et nigredo et .xiiij. collaterales. .vij. hinc intensiones ab albo ad nigrum ascendentes et .vij. illinc a nigredine per remissiones ad albedinem accedentes in medio unde inter convenientes. In quolibet autem colorum mediorum sunt gradus quasi infiniti secundum intensiones et remissionem maiorem vel minorem prout extrema se pretendunt recolligere. Igitur breviter expediendis quod color est proprietas sive qualitas derelicta in superficie corporis perspicui ex commixtione elementorum qualitatum convenientium in mixto que mediante luce visui actualiter presentatur. Nam sine luce media color organum visus actualiter non immutat. Color tamen per se est divisibilis ut dicit Ar. li. ij. de anima. Non est autem ex toto suo sed per accidens suo et in potentia organum quod color sine actuali lucis presentia non videtur. Et ideo Pictagoras vocavit colorem epiphaniam scilicet superapparitionem eo quod sit extremitas corporis perspicui terminati vel in eius extremitate et ubi magis apparens est. Ideo tamen non coloris intus et extra ut patet in albugine ovi et in fracturis mere colorati ut dicit in li. de sensu et sensato c. vij. Dicit tamen multa quod sit unius coloris in extremo extrinseco et in initiali [illegible] et alterius intrinsecus in medietate ut patet in pipere nigro et in pomi grano multa .ij. colorant rei superficiem que non penetrant ad interiora ut patet in picturis parietis et ruboris tingit atque extremitatem quam ei supponit. Unde patet quod color perspicui extremitas est ut dicit in li. de sen. et sen. c.

vij. Item sicut in corpore perspicuo non terminato ut aere presentia luminis facit actu lucidum, absentia vero tenebrosum, sic in corpore terminato presentia lucis facit coloratum scilicet album et eius absentia nigrum et tenebrosum, ita tamen quod non omnino absit lumen ut dicit in li. de sen. et sen. c. g. Unde nec color est in corpore terminato. In corpore vero perspicuo. In corpore vero non terminato non est verus color sed quasi color ut dicitur in eodem. Item sic generatio colorum mediorum secundum suas differentias secundum diversitatem proportionum et sunt in .sex. quia inventa proportione vel sex qualiter vel secundum alteras. Sicut autem secundum proportiones et secundum intensionem et diapasonum sic etiam proportionalem vel assumunt ut patet in consonantiis ut ibidem c. vij. b. Item sic generatio secundum colorum delectabiles et quanto erunt magis proportionabiles consonantiarum quam sunt proportionabiles tanto sunt delectabiliores ut dicit ibidem. Item secundum antiquorum opinionem generatio colorum mediorum fit per suppositionem colorum extremorum invicem ut manifestius sentimus mixtum ut patet in picturis. Sic sol videtur per se albus sed per interpositionem nubis videtur esse alterius coloris ut dicit ibidem c. vij. Item apparentes colores non fiunt per discursiones radiorum ab oculo sed potius fiunt per continuam multiplicationem communis luminis ut subiecti eius dilatationem ad oculum cum sensus fiat per contactum ut ibi dicit c. v. g. Tamen colores eque distantes positi a longe distantibus apparent preter medium colores tamen non sunt quia nulla pars rei sibi extremo colore videtur per se ut patet in panno diversi coloris ut ibidem dicit c. vij. d. Item medii colores generantur secundum similitudinem generationis mixtorum cum mixtibilibus quia mixtiones miscibilium per transmutationem in forma per mixtionem fiunt. Sic mixtio colorum ut sit in extremis corporibus generatur mediantibus. Sic ex extremis coloribus medius color generatur ut ibidem dicit c. vij. Item omnis color generatur per albedinem et nigredinem que videtur posse esse privatio albi quia color ut obscuritas est privatio lucis ut dicit li. x. methaphisice c. iij. b. Item unitate coloris in specie non est quod sed unitas non ut dicit Albumasar in dicta .g. Item effectus coloris est immutare visum secundum actum lucidi. Nam lucidi color educitur de potentia ad actum ut actualiter immutet organum visus ut apprehendat speciem colorati et iudicet de re visa. Item color medius bene proportionatus delectat visum et confortat. Extremus vero color debilitat visum et contristat ut dicit Ar. Nam intensa albedo disgregat spiritum visibilem et dissolvit oculum lacrimare facit. Sed nigredo minus intensa aggregando spiritum et condensando visum reparat et obtundit ut patet in diu inclusis in locis tenebrosis qui subito educti ad lucem parum

auditur non videtur. Item color rei colorate naturam et complexionem indicat. Nam albedo et colores albi in corporibus congelatis non sunt nisi in materia frigida et humida. Ergo et sic frigus albificat humidum et denigrat siccum. Calor vero denigrat humidum et albificat siccum, ut dicit Aristoteles et Avicenna, et ideo albedo que filia est frigiditatis indicat dominium flegmatis et frigidi et humidi humoris. Nigredo signum est malicie dispositionis et sicci humoris in corpore dominantis. Quandoque enim est tamen signum adustionis nimie adurentis humores et in melancoliam innaturalem commutantis, sicut predicetur. Item rerum intrinsecas qualitates color extrinsecus manifestat. Nam ut dicit Avicenna color est qualitas que perficitur a luce. Est enim color lux existens in potentia in corpore tenebroso migrans in actum per lucidum superveniens ab exteriori, et hoc patet sic. Nubibus(?) ab exteriori et hoc patet sic. Nubibus enim corpus commixtum habet aliquid de igne in potentia et per ignem habet de lucido, et cum ipse lucidus sit ignis, tamen in lucido velatur a partibus tenebrosis. Si solum est in potentia sicut caliditas sulphuris vel cuiuslibet piperis. Unde sicut ergo caliditas in potentia non migrat in actum nisi per consimilem qualitatem actualem extrinsecus venientem compertam, sic lux potentialiter permixta in tenebroso non migrat in actum nisi per adventum luminis exterioris. Color itaque apparens extrinsecus intensionem vel remissionem declarat ignis latentis potentialiter in permixto et secundum hoc de eius actione et virtute iudicatur.

Item colorum proportionalis varietas latens aspectui et animi admirationem et virtutem naturalem excitat, ut dicit Plinius libro viii et Avicenna. Unde dicit quod quelibet bestia quecumque fera varietate coloris et pulchritudine admiratur. Item autem corporis faciem color maxime pulchrificat vel deformat. Nam color ordinatus et suavis complexio est pulchritudinis quando membrorum dispositioni debite concordat, ut dicit Avicenna. Unde dicit Augustinus: pulchritudo est elegantis corporis habitudo cum coloris suavitate, et e contrario color confusus et in compositione evidens est in corpore turpitudo. Item color passiones et accidentia anime pronosticat. Timoris enim pallor et discoloratio indicium est timoris. Nam revocato colore ad interiora corporis superficies depauperata tangitur(?) et sic per consequens discoloratur. Sic timoris rubor in facie signum est verecundie sive iracundie et furoris, et hoc accidit propter colorem petentem exteriora et cutis superficiem rubificantem et defendentem ab illata verecundia vel iracundia concupiscente. Item color membrum suum eminenter perficit et conformat, quia si color in albedo non esset qualis foret res illa visui non apparet. Item color in superficiebus cor-

-poris ... et eius deformitatem palliat et celat. Unde color corporis inter extremos medius in superficie corporis ordinatorum supponitur et fortitudinis accidentalis vel naturalis in membris delicatis est operculum, ut dicit Avicenna. Ipse color lucis se conformat et vultum filia ... ad actum configuratur. Unde cum intensa luce color acuitur et intenditur, et cum remissa remittitur et hebetatur.

Fit autem in arboribus colorum mutatio multiplex de qua ut patet in fructibus et in multis et in aliis nascentibus. Nam primo nascuntur fructus virides ut patet in pomis et in moris, deinde rubescunt, tandem pallescunt vel nigrescunt, et illius coloris variatio accidit ex variante calore et coloris alterius vel coloratis variatio in fructibus sequitur. Decoquens et digerens primo enim calor debilis est et non tamen sufficiens dissolvere et rarificare partes terrestres, et ideo in eius superficie apparet color viridis indigestus, scilicet accidentalis. Set paulatim invalescit calor naturalis et per adiutorium caloris solaris et ideo fortius digerit et propter eius intensionem colorem rubeum in fructus superficie derelinquit, et tandem completo fructu et maturato humore pontico accidentali perfecte digesto, ex adustione color niger in superficie generatur. Nam calor predominans sua terrestritate ipsam dissolvit et decoquit et digerit, et quando necesse est in istis fructus accipit et generatur. Quod vero reliquum est vel consumitur vel a se repellens ad extremas partes ducit et transmittit. Et talis terrestra fumositas cum sit terrestris superficiem inficit et nigredinis vel glaucitatis vestigium in fructus superficie generat et relinquit, sicut dicit Aristoteles libro de vegetabilibus in commento. Nam tales colores ex se accidentaliter et nimia siccitate procedentes sepius et in rebus calidissimis generantur ex eadem causa, scilicet ex calore nimis dominante fumositates terrestres vel aquas ad extrinseca repellente, ut dicit Alphredus super librum Aristotelis de vegetabilibus et plantis. In rebus etiam sensibilibus fit coloris mutatio nunc in cute animalis, nunc in oculis, nunc in pilis, nunc in ungue. Nam color cutis est duobus modis, ut dicit Iohannitius: aut fit ab interioribus aut ab exterioribus. Ab interioribus aliquando fit ab humoribus, aliquando ab anime passionibus. Ab interioribus itaque mutatur color in cute aliquando per humores calidos, aliquando per frigidum. Nam generat humores calidos cum ... supplices frigefiunt, et frigidos vel infrigidatos calefaciunt, et secundum tria istorum in cute color variatur. Nam quando frigidi humores calefiunt, albus color mutatur in citrinitatem vel in ruborem. Quando vero calidus frigescit, color rubeus colorem mutat

in albedinem vel pallorem. Et sic de aliis intelligendum est. Item
affectionibus animae passionibus mutatur color. Sicut enim rubi-
cundus fit pallidus ex angustia vel timore. Quia in
timore cor constringitur et calor ab exterioribus ad interiora
revocatur et ideo exterior pallescit. Sed pallidus fit rube-
us, cum quando interius cor dilatatur et extenditur ad vindictam
appetendam. Unde et calor subito impetuose ab interio-
ribus ad exteriora commovetur. Unde et calefit sanguis
interius intime et exterius rubor subito generatur ab interio-
ribus. Item fit color niger in Mauris et albus in Alema-
nis. Nam in Mauritania quae est regio in Ethiopia cali-
dissima, niger propter calorem continuum sanguis ad cutem
attrahitur et denigratus fit ad ustionem cutis, de nigro
sanguis adurit diffusionem interius et cutis exterius
nimia generatur denigratio. Unde primus Ethiopiam
inhabitans denigratus sic est. Sed postea cooperante ca-
loris solis continuitate primi illi habitatoris in
[illegible] propagavit qui ex nigro patre et consi-
mili matre niger fetus naturaliter nascitur. Sed hoc soli habet locum
ubi solis adustio continue assistit generantes. Et
ideo in regionibus temperatis et ad frigiditatem declinantibus
Ethiopes generant in colore filios com-
pares ut dicit Macrobius et alii et cetera. Econtrario
in Scotia et Alemannia frigida inhabitant regiones
et ideo frigiditate poros exterius constringente calor ad
interiora revocatur et ideo exteriores partes corporum super-
ficies dealbantur, sicut omnia narrat commentator super Job.
Item et cetera Constantinus. Item mutatur color cutis et maxi-
me hominis in aliis aliis de causis quae propter complexionis
malignitatem ut patet in melancolicis propter nimiam
et sic excedentem calliditatem ut est videre in colericis
quantum sit caloris propter solis calorem et aeris siccita-
tem ut patet in itinerantibus et in nautis propter humorum cor-
porum internorum expansibilitatem ut contingit
in morphea et lepra propter complexionem epatis vel fellis
distemperatam qualitatem ut accidit in ycteritia quae co-
loris naturalis infectiva et ipsius colorem transmuta-
tiva ut dicit Constantinus propter solis eius continuitatem ut
patet per variolas et macules varias vel ustivas.
Consideratur et color in pellibus et in capillis. Nam secundum qua-
litatem fumorum a quibus resolutorum variatur color
capillorum. Nam in estate sunt albi ex sangui-
ne rufi, ex colera melancolia glauci, ex colera
adusta sunt nigri, ex defectu et caloris naturalis
sunt cani, ut patet in senibus et quando canus color incipit
[illegible] capillorum accidit ex defectu caloris habitu [illegible]

Unde non alexinus magis signum est quod accidit ex defectu
caloris naturalis; quere sub tractatu de capillis.
Attendit preterea color in oculis. Nam ut dicit Joha-
nnes colores oculorum sunt .iiii. scilicet niger, subalbidus, 10
varius et glaucus. Diversitas autem colorum istorum accidit
ex spiritus visibilis claritate vel obscuritate vel ex crist-
allini humoris paucitate vel plenitudine vel ex albu-
ginei humoris superfluitate vel claritate vel ex turbitate tunice
humoris uvei vel superfluitate. Nam si humor cristal-
linus fuerit pauce quantitatis et lateat in interiori et
albugineus humor defectuosus vel purior vel subtun-
dit humorem nigrum tunicae uveae istis omnibus concurrentibus
vel aliquibus istorum niger color in oculo generatur. Si albidus
non excausis fit contrarius glaucus vero et varius accidit ex
mixtione eius quod facit albedinem et nigredinem et in-
glaucitate aliquantulum nigredo, in varietate al-
bedo aliquantulum plus habundat. Sed de his quere sub
tractatu oculorum. Color etiam in unguibus denotatur.
Nam eorum color est ex subalbidus specialis et perspi-
cuus. Ungues autem mutantur ad colorem illuminationem
vel aliud emulum colorem et sic diversas produnt pas-
siones ut patet sub tractatu de unguibus.
Nunc de coloribus in particulari dicendum est et primo de albedine, 11
quoniam quilibet medius color est precipuus
fundamentum. Est autem albedo color clarus, clari-
tatis potens et perspicuo generatur ut dicit Alga-
zel. Unde quanto materia perspicua est purior et magis cla-
rior tanto albedo est intensior et magis in [illegible]
ea. Et sic quam maius albedinis perspicuum [illegible] in
ut [illegible] feculenta [illegible] sicut ex [illegible]
[illegible] calido vel frigido. Nam [illegible]
sicca [illegible] et calor agens in ea sicut [illegible] gene-
ratur in albedo [illegible]
[illegible] ut calor ut patet in [illegible] et in
calce. Si vero fuerit in [illegible] humida et multa [illegible]
[illegible] generatur eius albedo ut patet in [illegible] et
generatur autem albedo ex aere [illegible] de [illegible]
ad humiditatem aquam ut dicit Aristoteles li. xix. de animalibus et
[illegible] Iam frigus albificat humida [illegible]
et denigrat sicca. Calor vero humida denigrat sic-
ca dealbat. Item albedo generatur ex [illegible] aeris
ut patet in spuma et ideo aque calide generatur ex [illegible]
ne aeris ut patet in spuma et ideo aqua calida generant
pilos albos. Quia albedo generatur non est in [illegible]
[illegible] tenuis in [illegible] et ideo quia albedo ex
aere calido et vaporali et ideo alia sunt alba sub

uertitur. ut dicit Aristoteles libro animalium xix. diffusiua autem lux uirtu
te est nigri. et ipsi uisibilis disgregatiua. Et ideo
si fuerit nimis intensa corrumpit uisum et facit oculos la
crimari. Omnium colorum temperamentum in illo enim melius sedantur
colores medii quam in albo. Et quod album est intensius
quod sibi nimis tantum adheret fortis color quam superdomi
natur et limitatur. siue rubedo fuerit siue nigredo. Ad albedi
nem uero pertinent candor. albor et pallor. liuor. siue fla
uor. flauum enim et liuidum secundum unam significationem
sumuntur ut dicit Aristoteles in capitulo de saporibus. Et dicitur quod liuidus
est flauum. quia flauum secundum naturam albi. consimiles autem
species assignantur media circa album. ut est color aquis
lacteus. citropos id est liuidus. uel iste pallidus. Et uariantur
secundum quod diuersas materias tenues uel grossas. Igitur iudicandum
est ut patet in libro perspectiue. theophili. consule Egidium de uri
nis. Candor est albedo intensa. maxime habens in se lucis
informa. et puritate perspicuitatis in materia. nam fulgor
lucidi puri perspicui efficacius informans et perficiens
et intuentis aspectum suum organi lesionem inmittis. et eius
quadam suauitate ad suum intuitum excitans oculum et alli
ciens. candor niuis [illegible]. Ideo est dictus candor. quod ipse potest
sui continue sensu ab albedine per actum lucidi ab oculo
comprehendi. Illa albedo que consistit in extremo ascensu
non uidetur subterfugere enim sensus iudicium. quia nulla res
sub extremo colore uideri potest. Sed enim colores extre
mi inuisibiles sunt propter suam puritatem ut dicit in libro de
sensu et sensato. c. viii. Quod autem ipse subiacet sen
sui de albedine prope eum extremo candor dicitur.

Color flauus quasi glaucus dicitur.
Generatur ex albedine minus intensa ac de
clinante aliquantulum ad rubedinem. Et generatur per aliquem in
materia receptam non simplicem. sed est uiridis coloris. Illa ut dicit
quod uiridis color in plantis mutatur in glaucum in
autumpno. Quando enim [illegible] est multa materia humi[illegible]
magis quam in glauco et grossa. puluerata per actionem
calidi consumitur. Non tamen omnino destruitur a calore ele
uante materias humidus frigidus dominatur. frigidus uero dominans in materi
a mediocri generatur medium colorem necessario. Et quia
potest melius transmutare humiditate quam siccitate. ideo
generat colorem medium habentem de albo magis. Cuius pro
prium est glaucus ut dicit commentator super libro Aristotelis de plantis in
fine. Ideo in uere quando arbores uirescunt in estate
pallescunt. in hyeme ut byssus. Hoc est enim byssus uiscosi
sunt humores. Viridior autem in [illegible] habet lignum humiditatem.
et ideo non cadunt folia. Sed adueniente calore purificatur
tur humor ad exteriora. quia tunc caliditate
fit uiridis. Sed ueniente frigore repercutitur humor
et humiditas siccatur. et fit color glaucus. Unde re
spectu coloris uiridis in quo est plus de materia dicitur
glaucus habere naturam receptam.

Color pallidus ex causis aliis generatur. Frigiditas 13
enim minus est intensa. et plus accedit albedo ad nigre
dinem et generatur in materia grossiori. Est enim color pallor
medius ab albedine incipiens et desinens in nigre
dine. Generatur quandoque accidentaliter ut ex timore. Sollici
tudine nimia et labore. et ex causis aliis quibus ca
lor ad interiora reuocatur. et corporis superficies propter san
guinis depriuationem pallescit. et discoloratur. ut
est uidere in nimis dormientibus et sompnolentis.
et in hominibus amorosis quos per amoris magnitudinem
estuantes dilatata cordis spiritus euaporat. propter quod
nutrimenti et restaurationem natiui caloris ab exteri
oribus ad interiora reuocant. et sic superficie eorum per
[illegible] calor sanguinis discoloratur. Unde dicitur. Palli
at omnis amans. hic est color aptus amanti.
Tertio uero maculam fame. uel immoderato exercitio et
labore. et propter consumptionem caloris sanguinis ex pallescentia.

Rubeus color est color medius 14
ab extremis nigredinis et albedinis equidistans.
qui in superficie corporis perspicui resultat per incorporationem
clari lucis ignei ac puri. Ad cuius generationem concurrit
materie perspicuitas. ignei lucis claritas. Et albe
dinis et nigredinis concors mediocritas. Tamen propter igneam
lucem preter materiam perspicuam dilatantem et rectifican
tem maiorem habet in translucentia conformitatem cum albo.
quam cum nigro. Et ideo intense rubeum ad modum lucidi dis
gregat uisum. non aggregat sicut nigrum. propter quod pannorum
uenditores pannos rubeos suspendunt ante lucem. ut
uidentes alios pannos coloratos propter rubedinem spiritum
propter uisibilem disgregantem. minus ualeant colorum di
scernere ueritatem. Preterea autem generaliter rubedo do
minium calidi in permixto. quamuis aliquando inducatur effica
cia frigido. ut est uidere in rosa. que natura sua sibi
licet frigida est et sicca, sed quia subtilissima est substantia intus
color quam habet ex compositione fugiens dominium frigidi.
petit exteriora. Et quae inuenit subtilia et humida ad
inuicem transmutat ea efficacia uirtus calidi in colorem ru
beum. quam actori igitur potissime similatur.

c 14 Color citreus.

Citrinus inter puniceum et citrinum distinguitur per remissiorem albedinis et nigredinis intensionem aliquantulam intensionem caloris et siccitatis remissiorem. Sed in hoc quod color talis in maiori substantia et magis perspicua videtur magis rutilat et apparet. Sed in illo qui minus magis est turbidus et crossus minus claret. Talis autem color intensionem significat caloris temperati et non est excedentis quod est signum significativum coloris. Per naturam enim sic dispositum praetenditur sanitatis vel morbi signa et diversitas corporis habitudines et complexiones, ut patet in libro Ysaach de urinis. Nam citrinus color advenit cum sit tenuis in urina urinalis colerae complexionis praetendit ipsi sanum in statu aut in alio, signa similiter praenuntiat infirmitatis, ut dicit Egidius in suis versibus in tractatu de urinis c. xiii. Ut dicitur est multis tenuis citrina refecta figuris. Flegmaticum innuit vel nigrae amme humorem. Condempnat etiam duplicia, et est unde quod color divisa et adversa significat, sed diversitate sic est copulatur.

15 Color croceus plus tingit liquores et humores quam citrinus et significat caloris intensionem et distemperantiam sanguinis in capite per colerae ammixtionem, ut patet in ictericis quorum urina est crocea in superficie et oculi sunt crocei et cutis facies et citrina. Aves autem calidissime complexionis et colericae ut aves praedae extrema habent pedes et rostrum. Quod autem ex felle viridi urina colica fumi et calidi quam trahit inde ad extrema, per quod colorantur. De his quaere supra in libro de morbis et de hyctericia.

17 Color rufus

Rufus est qui citrinus ac rubicundus et rubedini propinquus et affinis, rutilat et resplendet quia igneus et calidus. Quare et habet in se igneae irradiationes et ex parte minoris perspicuitatis per quod color est turbidus et ruber. Caeruleus est minus et acutus minus eius nimium est enim quod discipiscit illud quod maris rubei. Quoniam talis est in sanguinis et ruboris, quod ex eius diluvio est totum mare tegitur et in colore nimis commutatur. Unde ab illa infectione mare Sapientes Aegypti rubrum appellaverunt, quia illic terrae venis rubrae gemmae inveniuntur. Hic autem color pro expansione sua purificatur et desiccatur. Et de terra lapides subalbi fiunt commolitur, quasi clara ovi distemperatur. Et hic color pictoribus scriptoribus valet non modicum admisceatur. Nam inde libri ornantur, capitales litterae inde formantur, fines ac principia signantur, et versuum distinguitur minio ac signantur. Actum quia suo habet cum eius quod croceum appellatur, quia ille color rutilat quasi ignis. Et ideo ab illo suo croceus nominatur. Et talis color plus utitur cum terreum vel nitidum quam scriptorem. Solebant enim antiqui aurum minium cum sanguine cum dentibus et stercoribus purpuram cum sanguine cochilie et ex terra acumine primo ad aliquid rubicundus vocabatur, ut dicit Plinius in tractatu de coloribus. Est autem color vehementissime adhaerens postquam fuerit materiae incorporatus ita quod vix potest postea deleri. Quare sicut pergameno abradere contendit ut abluere nisus fuerit vix tantum abluet vel abradet, quin aliquid vestigium post inveniatur.

18 Color puniceus est color qui tantus colorat rubeum. Sic et puniceus plus habet de rubedine quam de nigredine, albedinem plus tamen declinat ad albedinem quam ad nigredinem. Purpureus autem eius affinis est rubeo, sed magis declinat ad nigredinem quam ad albedinem. Unde dicit Aristoteles in libro de sompno et vigilia quod puniceum per purpureum transit in nigrum. Unde post rubedinem nigrescit habet ad nigredinem, inveniuntur autem in mari quaedam cochile ad modum purpurae quae in extremitatibus suis quasdam emittunt guttas sanguineas, quas recollectas purpurati tingunt et colorem rubeum attribuunt et intendunt. Unde talis sanguis in quantitate recolligitur, quasi ac cunctis tamen corpus est operatur, et cum aliis coloribus reponuntur in quibus tingunt sericum ex quo contexitur pannus purpureus in quo regia gloria ostenditur, ut dicit Gregorius super Exod. c. vii.

19 Color viridis generatur a certo calidi in materia frigente cum ad dominium humidi, ut patet in foliis fructibus et herbis. Et ideo generaliter color viridis multum habet de nigredine, non tamen per frigus

totaliter ad nigredinem. ex mixtura enim remissi al-
bi ut glauci et intensi nigri et in terra habundanti humidi.
viriditas generatur. quando calor agens immo non potest
adurere humidum nec ad plenum decoquere. ut
totaliter in nigrum convertat. Unde viriditas in herbis
in fructibus signum est caloris humoris et indige-
stionis ut dicit auctor. Et hoc patet quia color viridis in
plantis et in fructibus mutatur in glaucum in autump-
no. quia in foliis et herbis est multum materia humida et
grossa. que per actionem caloris paulatim consumitur. nec
omnino redactus a calore in suum elementum. sed
frigus dominatur. Et ideo quedam arbores virescunt in
vere et in estate. in hyeme vero vel autumpno
pallescunt. quia adveniente caliditate in malis per-
venit humor ad extremum. quando viret calore fit vi-
ridis. Sed adveniente frigore reprimitur humor
et humiditas siccatur. et fit color glaucus. ut dicit
commentator super ii. i. de plantis in fine. Est igitur
tamen color viridis medius inter rubeum et ni-
grum generatus. Et hoc patet per cuiusdam colorem rube-
e in miliam (?) [illegible]. Colorat enim cum sit rubea. tamen
fit in miliam (?) que est nigra mediante colore in [illegible]
scilicet eruginosa et purpurea que viridis invenitur.
Et ideo color viridis delectat maxime visum.
Propter continentiam partium ignearum et terrestrium. Nam
in viriditate ignea que in viridi est tempera vi-
sus delectatur. Obscuritate que terrea sunt nigre-
do cum non sit temperate mediocriter spiritus visibi-
les aggregat et confortat. Et ideo nullus est ita de-
lectabilis color visui sicut viror. ut patet in sma-
ragdo qui oculos sculpentium gemmas et me-
tella maxime recreat et confortat ut dicit ysidorus.
c. de lapidibus preciosis. Sed quare viridia folia
plante et gemina etc. est. Frequenter accidit ex dominio
partium terrestrium in quibus radicatur cum igne in materia et ex vir-
tute ignea cum ex calore essentia que dissolvit
terream et subtiliat et convertit. et ideo attrahen-
do eas fumos ad extrema. cum igitur habet essentia
omnino talem colorem non nigrum nec rubeum. Sed viror est
nam nigredo recipit rubedinis dissolutionem clari-
tatem et clarificat in corporibus nigredinem. ipsam
reducendo ad mediocritatem. Ex dominio ergo partium

terrestrium et ignearum viridis color generatur. et quamvis
folia. fructus et gemina virescant. flores tamen
virides raro vel nunquam inveniuntur. Quod accidit propter
subtilitatem materie florum. in qua si predominantes partes
fuerint aquee et aeree. erit color albus. Si vero
aque cum igneis prevaluerint. erit color glaucus.
vel pallidus. aut citrinus. Si autem prehabundaverint
ignee partes cum aereis. erit color roseus.
Si autem fuerint prevalentes partes aque cum ter-
restribus. erit color blaueus vel violaceus. Si
autem aqua prevaluerint partes ignee cum terrestribus. pro-
pter quod fit color viridis vel niger. Sed talem
commixtionem subtilitas materie florum vel raro vel
nunquam admittit. Et ideo flores non virescunt
generaliter nec nigrescunt. Est igitur color viridis inter
rubedinem medius et nigredinem. visum dele-
ctans. et ad sui aspectum oculos attrahens.
acies visus confortatur et repletur. Unde cum et
alia agrestia talia loca virentia diligunt
et frequentant non tamen propter pastum. verum etiam propter
visum. Et ideo venatores viridibus vestimentis
super se induunt. quia propter aspectum viroris quem bestia
naturaliter diligit. minus venatorum insidias experi-
untur. ut dicit G.

Color lividus ex partibus aqueis et terrestribus pre- 20
dominantibus generatur. Nam talis color in rebus
prevalentibus humorem crossum et frigidum generatur.
ut patet in violis et plumbo. plumbum enim naturaliter est al-
bum. quamvis superficialiter sit lividum. Unde ex eo fit
cerusa. ut dicit commentator super iiii. methororum. Unde
color lividus signum est frigiditatis dominantis. quia
lividus color in urina signum est extinctionis calo-
ris naturalis et mortificationis alicuius. sicut dicit egidius.
Livida in membris aut in membris monstrant humorem mor-
tificatum. sicut est in quibus aliquid prefocatur sive
in se. propter quod emittentes mediis morbis cadunt.
ascites. synochus. vene ruptura. catarrus.
costarum pulmonis vitium. color quandoque lividus. Contra
superiora patet. ut extinctio caloris. sicut est li-
voris causa etc.

Color lividus est malus in quibusdam corporibus. Nam 21
ut sepe dominium frigoris caloris naturalis ex

a.guetas. et num mortificatur ut hec? oditas ul' hum tanta in ista sanguis colorez oio et cutis superficie mutatur. ul' eodis angustia calorez sanguis ad interiora reuocatur. ut pz in audis ul' dolorez eius siu passionis sanguinez inmutata neu corrumpetis. ut pz in fuligines quibus humor itrauane p malitia corrumpe ara inficit corruptionis et infectionis. ut d' expositor sup. i.c. li. ysaach. i. nullus liuor. et c. ul' signi spiri et uigoris ul' caloris d' fortez et d' purpureu. ut pz in hydropicas. ethicas. et consumptas. ut d'. Dignitate et dolorez anaclitam. ista color archie per neruos sensibilitatem in quibus indicatur nimis e dolorem. per q consumitur spes et humores ad locum. per q alii humores remanent nimis calidi et nimis p ignis colera. De a cuius liuiditatis na ture no expedit in psenti opusculo. tangere solum et ad memoriam reducere expedit q amatoribus nimis copiosissime est traditum. Expo a memini ui liuore significare aliquod bonum. n p unde ul' nigru apparere nec mutaret liuid. et liui ditate in rubeu ul' citrinu ista te sig e q n a ? me bu memoria o pany et euphu. Vn a ? ol g? n pole cutis uideat. co sgit cere bri uel uigor reparatur.

22 Celor indicus siu uenetus est colr blauus li uiditate excedens in pulcritudine et nitore. pl' hic aquitas et aereitatis amplius cu p ribus terrestris et multa q qui liuidi et tal' co lor. Color e celestis per diuinu aeritatis in su perficie pspicua in c. pure et transparentis. ut pz in saphyra orientalibus et iacinctis. Tal' e color reperitur in azurio. De q d' hic q d' i tota tu d' gemmis et de lapide lazuli.

23 Nigredo est priuatio albi i pspicuo. sicut amarz est priuatio dulcis in humido. Vn ut q albedo e pia origo colorz. sic dulcedo e principiu saporz. ut d' ar. i li. de sensu et sensibilis. d' ar. li. xix. Color nigr n e n p suo claritate. Gnatur a nigredo ex luce pauca et obscura i pspicuo et ob scuro et impuro i corporeo. Et io nigredo e species

nisibil' aggregatiua. et eius repercussiua. per q lectu visu et hebetatur qn nimis e intensa. ut pz in cu in itinerantis. q exeuntes d' caua pa.z uidet. Fidatur a nigredo qn i subu humida et calida. q ca liditas dominans d' nigrare subu humidu. ut e in de? i lign humidis et cumbus. Qn a i subu sic ca et frigida. q frigiditas dominans subu d' nigrat. sicca et humida sic albu. ut d' aucto. V' nigredo qn a calidite et e sig mortificationis. qn a cal liditate et te e sig adustionis. Et io nigra urina dicitur p significatur et adusta. sic d' egidius. qn a sign colorez quartane et sic ptendit sanitate. Alia sign adustionez et mortem. ut in a febre. V' egidius d'. signior urine facies incomoda febris. Quartane soluit. morte ptend' et urit. In febre fert morte nigra. Fetida. puluilla pi guis. et c. Sunt a quida colores picture opibus congruentes. q z quida i uenis terre nascuntur. ut sinopis rubea. melinu. auripigmentum. et h'. Quida arte componuntur.

24 Sinopis e color rubeus in ponto primus in uentus iuxta sinopim ciuitatem. a qua no men sic accepit. ut d' ysi. x luij. H' i spec ties. Prima rub. et nis huc media. ut d' id. Rubrica di. q rubra pria colori sanguineo. ut d' id. Gignitur i plibz locis. sz optima e a ponto. Vn et pontica appellatur.

25 Siricum pigmentu e. Vn sir color phenicius. quo librorum capita scribunt. Et colligitur in littoribus rubri maris i phenice. et hic color inter fictitios reputat. eo q sic ctu ex sinopide et sandice simul mixtis. ut d' ysi.

26 Minium e color rubeus cui nun g ta ap ephesum inuenium. i hyspania huius pigmentu p ceteris regionibus pl' habundat. ut d' ysi.

27 Sinobrium q greca lingua Sbarim dicitur draconis et elephantis. i. elephantis e uenenu. Aiunt ei draconum esse sangui ne dum implicantur elephantes. tunc ei belue et dracones obruuntur q z suus cruor terra inficit. fitq pigmentu qdd solu cyni. Est a puluis coloris rub. ut d' ysi.

Prasin etiam est

28 Prasinum creta est viridis.
Pro viridi fit color viridis, sed precium est, et terra eius
optima in Libia Cyrenensi, ut dicit Ysi(dorus). Crisocolla est
vena primum coloris, sic dicta quia circa aurum
dicitur inveniri. Haec in Armenia est, sed probabili-
or est quae est in Macedonia. Foditur in metallis eius,
cuius inventio argenti est indicium. Flaz-
uene eam cum huius habet nec soliditatem, ut dicit Ysi(dorus).

29 Sandaracha nascitur in
Topazion insula maris rubri, et est coloris cinno-
brii sulphurei. Invenitur et in metallis aureis et
argenteis. Et est tanto melior quanto rubior, et quan-
to plus sulphur olet quam cerusa. Si in for-
nace torretur, in sandaracham convertitur. Cuius color
est flame. Quae si torretur equalis cum rubrica et com-
mixta sandicem reddit, ut dicit Ysi(dorus).

30 Arsenicum auripigmentum
dicitur ob colorem auri. Colligitur in Ponto ex auri
ta materia. Quod in aureum colorem transit, purius est. Et
quod graciles habet venas pallidius est, pulvis inclinatur.

31 Ocra nascitur in Topazion
insula, unde et sandaracha fit, quae ex ocra a-
dusta rubrica mollis luto candefacta; quae quanto ma-
gis in camino arserit, melior fit, ut dicit Ysi(dorus).

32 Indicum in caminis indicis
limo inheret, invenitur spuma adherente limo.
Est et colore purpureo et aereo mixtura, spume et
cerulei mirabilem reddens. Est aliud genus in
purpurariis officinis spuma innatans, quod confec-
tores detrahunt et desiccant, ut dicit Ysi(dorus).

33 Atramentum est dictum eo quod
sit atrum. Cuius species necessaria est cotidiano u-
sui et picture et medicinis et aliis compositionibus. Fit enim
ex fuligine multis modis, scilicet ardentibus tedis.
Hinc pictores cum aqua miscent lucem ut illustrius
resplendeat. Quidam enim cartones sarmentorum
veterum tritos cum glutino adiiciunt. Alii fecem vi-
ni nigri exurunt. Multis fit aliis modis, ut
dicit Ysi(dorus). Cum atramento etiam temperatur incaustum,
et acuitur. Haec etiam militas invenies, ut patet in plate(ario).
Quere supra de incausto libro XV.

34 Melinus color est candidus, cuius materia inve-
nitur in Melos insula una de Cycladibus, et
ideo melinum est dictum, ut dicit Ysi(dorus). Propter nimiam autem pingue-
dinem pictores eo non utuntur, ut dicit idem.

35 Stibium est color sicut

ex cerusa et quibusdam aliis mixtis, cum quo mulieres fa-
cies suas sophysticant et colorant.

36 Cerusa ex vapore fortis aceti tabulas plum-
beas scilicet carnitam albam lacticam presidentis
generatur. Quere supra de plumbo.

37 Es viride sive calcantum quod proprie viride greci
vocant. Fit eodem modo quo dictum est de cerusa, scilicet
ex vapore fortis aceti eneas laminas penetrante,
quia ex aceto corrumpitur earum superficies et
convertitur in eruginem, et inde color viridis provenit.
Valet ad carnem mortuam corrodendam.

38 Purpurea appellatur illa
quae dicitur quia in his regionibus gignitur eam maxime
quas sol cursus illuminat propius et illustrat. Hic
color Iacinthus sanguineis effluentibus aquilis ad
coclea deuiasse acuit et melioratur, ut dicit Ysi(dorus)
libro XIX, in capitulo de tincturis. Et initium picture etiam
Egyptii primum invenerunt. Iubent homines li-
neis circumductis deinde simplicibus coloribus et
post diversis etc.

39 Post colores de odoribus est dicendum. Odor itaque
est fumosus vapor aliquibus rei resolutus, quae
mediante aere ad cerebrum attractus est sensum
olfactus immutans. Nam odor immutat olfactum quemad-
modum color visum vel sonus auditum, similiter quemadmodum
sapor gustum. Proprium enim est sensuum aliorum sen-
sus et obiectis propriis immutari et delectari in
eis. Ac propria sunt media. Contrarium visus et
tactus sunt extrema, ut dicit Aristoteles in libro de sensu et sensato.
Et itaque odor rei propterea sensus fumo me-
dio perceptibilis. Ad hoc autem quod odor perficiatur
et informetur in organo sensus, quattuor ad minus
requiruntur, scilicet caliditas resolvens, porosi-
tas subtilitatis actori caloris resolventis obediens,
aerea puritas deferens, nervus vel cerebri
conformitas vaporem resolvens sensum nature per
capiendo admittentis vel abhorrentis. Calor enim
resolvit fumos vaporabiles cum odoris est ef-
ficiens. Vapor resolutus est materia obediens. Qualita-
tas vero fumi resoluti aeri deferenda se incor-
porat et in suam similitudinem ipsum alterat et informat.
Informatus vero aer quantocius fumi in suo odora-
bili subito se applicat, et sibi incorporata fumo-
si vaporis similitudine representat. Cuius compleci-
sio similis fuerit tunc non cerebrum recreat et de-
lectat. Si vero contrarius, molestat et contristat. Et ideo

aromatica que propter suam complexionalem habitudinem et armoniacam cum natura ipsum recipiunt atque imitantur. Fetida vero ex eis contraria aggravant et molestant.

¶ Calor itaque resolvens odorem est causa eius. Frigus contingens odorem impedit et prohibet. Quia movendo ad centrum subtiles substantie vaporales per aerem se diffundere non permittit. Propter quod non sic sentitur fetor in tempore hyemali sed potius estivali. Similiter varietas seu subtilitas obediens per fumalem calorem resolventis odorem causat. E contrario vero grossities materie odoris diffusioni obviat et repugnat ut patet in lapide cuius materia compacta et frigiditas est in causa quare non redolet nec fetet ut dicit Avicenna.

¶ Tertio aeris consistentia confert sensibiliter ad odorem. Nam si medius fuerit et subtilis de facili aliquid odoris nuncium scilicet fumum vaporabilem recipit sed propter eius eventationem et rarefactibilitatem permanere intus eius odor levata longo tempore non permittit. Econtrario vero si densus fuerit aer et compressus vaporem aliquid et bonos et malos tarde recipit sed post receptionem impressionem ipsius evaporare tam de facili non permittit ut dicit idem.

¶ Quarto organi qualitas seu dispositio ad odoris iudicium potissime operatur. Si vero fuerit nervus sensibilis in quo percipitur olfactus vel male complexionatus vel aliquo casu lesus seu corruptus humoribus opilatus ut omnino subtrahitur iudicium odoratus.

¶ Primum patet in illis et aliis male complexionatis qui loca fetida diligunt odorifera vero et aromatica fugiunt.

¶ Secundum autem patet in vulneratis quorum sensibiles et odorabiles hinc lesas et ideo odores non sentiunt.

¶ Tertium autem manifestum est in polipo sic et leprosis qui naribus antiquis humoribus opilatis inter odoriferum et fetidum vix discernunt. Fumus igitur aerea substantia resolutus materia est odoris. Unde secundum varietatem fumi odorum differentia variatur. Distinguit autem Ysaac in dietis tres species fumi.

¶ Est autem fumus quietus et quasi nullius motus in aere ut fumus a lapide resolutus quia eius complexionem non declarat positive sed per privationem odoris et absentiam ipsum habere substantiam terrestrem et siccam manifestat.

¶ Est et alius fumus habens velocem motum in aere. Et hoc accidit ex caloris resolventis subtilitate. Que si fuerit valde pura et defecata erit odor valde aromaticus et suavis ut patet in mirra et in musco et in ambra. Si vero fuerit substantia impura multis fecibus mixta erit odor malus et non numquam horribilis. Et hic odor dividitur dupliciter in gravem scilicet et in fetentem. Gravis odor ex calore adhuc valde debili habente in aliquo et iam corrumpi incipiente ut patet in piscibus diu reservatis sine sale.

et ad diversarum impressionum et figurarum susceptio
nem aptior. et tam formas susceptas quanto tempore
in ea impresse sunt durabilior. Et talis cera virgi
nea appellatur. Est insuper cera multis usibus
necessaria atque apta. valet enim in medicinis. in confec
tionibus variis et unguentis. Ista virtutem habet cale
factivam. resolutivam. apertivam. maturativam.
attractivam. evaporativam. et consumptivam. Dulce
est ad luminis nutrimentum. Et ideo cera fuit in
deorum templis et aris. In deorum missis. Unde ce
ra vel cerei divine cerimonie quia in templorum
cerimoniis cera offerebatur. et adhuc offerri
est ut dicit h. Unde qui fuerunt de candelis cereis in
ecclesia divine cerofertarii. sicut qui fuerunt in regum
palacio aulis primicerii nominantur. ut dicit idem.
Sigilli quoque cereis littere muniuntur et signantur.
ac secreta occultantur. privilegia confirmantur. tabu
le cera simplici vel colorata replentur et ornantur.
in quibus variarum litterarum caracteres stili officio vel

intelligantur. vel que complanantur. primi quibus linea ad usus
naturales incerantur. libros enim involutos ceratos red
dit. ne aqua vel pluvia perfundantur. Ista cera habet
quandam viscositatem. et quia humida sugit et per
minimorum pororum subtilia penetrare interius
non permittit. In calore liquefit cera. et deficit.
frigore vero induratur. humidis et humefactis ce
dit. Siccis vero et asperis inheret. Et ideo humec
tantur sigilla ne adhereat cera illorum litteris
et figuris.

63 Cereus pro servatorem a cera aqua formatur
et nominatur. ut dicit Ysi. li. xx. De quo quedam aucto
ritas. Ad hoc est usus cereorum. ut ex eorum lumine ea
que sunt in tenebris appareant et lucescant. In cereo autem
tria attenduntur. s. materia. usus. et dispositio sive forma.
Materia vero triplex est. Prima enim habet licinium sive lignu
men ut dicit Ysi. ipsum ceram atque ignem. Linus qui
et licinium dicitur filum est stuppeum et tortum cere subli
matum. cera quoque circumvoluta est lumis nutrimentum.
Ignis quoque supponitur sive superexcedit. vivusque est fi
nis et complementum. Ista agens in lignum mediante
cera convertit utrumque in suam similitudinem. Unde et dis
positione natura mirabilem inter se habent aptissimam unitatem.
Forma et dispositio eius piramidalis a lato incipiens et
acutis finaliter in vertice eius. Usus eius est ut
illuminatoris grana candelabro affigantur. vel clientulo
et vel ceriferorum manibus ante dominos deferantur.

64 Lac est liquor dulcis et
candidus in mamillis per actionem caloris ex sangui
ne generatus. ut dicit Aristoteles li. xviii. lac est sanguis decoctus
digestus non corruptus. Quando enim fetus propter magnitudi
nem non potest nutriri per umbilicum. tunc enim lac emanat
ex sanguine menstruo repulso ad mamillas
ubi digeritur et decoquitur. et ex albedine glandu
larum mamillarum in candoris speciem transforma
tur. ut dicit constantinus li. xix. Eadem enim est natura
menstrui sanguinis atque lactis. Et ideo naturaliter creat
lac propter album et lacteus quo albus existit. Ideo ergo
dicit lac ante tempus partus non post multum non accidit con
natum. In illo enim tempore completur lactis digestio in aliis
quam hominis tempus unicuique statutum ad pariendum. et in multis
etatibus diversificatur. Et propter hoc debet esse bonum lac
nectario post sex menses. Et est lac dulce quando est
bene digestum. Et fuit nocivum propter album aliis quam est
dulce. Cibus enim omnium aliorum non est ita dulce et
valde digestum. ut dicit id. li. xviii. f. ut dicit Aristoteles.

li. vi. F. Alia ovativa non habent lac in mamillis. Et in omni lacte est aquositas tenuis. et pars caseosa que caseus dicitur. Et quanto lac est spissius tanto caseosius. Et lac animalium carentium dentibus superius coagulatur. Lac vero animalium non habentium dentes in utraque mandibula non ut eius lepus. Et lac habet alio est dulce et tenue ut lac cameli et equi et post asine. ut dicit idem. In quibusdam regionibus non expectatur caprarum impregnatio. sed accipiunt urticam. et cum illa confricant mamillas. et exibit primo sanguis. deinde quasi sanies. et post lac bonum et peruenit lacte impregnatarum. Et nullum lac est in mamillis marium generaliter. quia aliquando accidit [illegible]. Quedam autem habent humorem lacteum. ut animalia. et quedam arbores. ut ficus cuius lac ut idem dicit Aristoteles. lac alias coagulativum est. et lac omnium est spissius omnium aliorum preter leporum et porcorum. Et autem maxime spissum in [illegible]. sed post subtiliatur ut dicit Aristoteles li. vi. in fine. Vacca autem ante partum non habet lac. sed post habet bonum. Sed cum primo coagulatur fit quasi lapis. Et hoc accidit quando cum aqua commiscetur. ut dicit idem. Idem. li. xx. Si puer nutritur lacte calido. dentes ei cito oriuntur. post partum autem et mundificationem lac mulieris multiplicatur. Et quedam mulieres habent solum lac in concavo mamillarum. et quedam in aliis partibus ipsarum. Et quando lac non bene digeritur coagulatur. et mamille indurescunt. quando totaliter mamilla est valde mollis. et si supervenit aliquis pilus accidit magna infirmitas. et dicitur pilosa. Et non cessabit dolor. quousque exeat pilus cum lacte. aut quousque putrefiat et exeat. Et dum lac exit non venit generaliter menstruum. Quedam vero lactantes menstruant. cum fuerit eis habundans sanguis. Et quando pueri lactantur sanguine [illegible] et multo. accidit eis spissitudo et fuit lac [illegible] corporis [illegible]. et [illegible] lactis. Et mulieres nigre [illegible] melius habent lac quam albe. ut dicit idem. [illegible] lactis et mulieris [illegible] dicit. Lac igitur generaliter dividitur. Quoddam enim est dulce et recens novum. Aliud est acidum sive acetosum. Aliud est medium inter utrumque mediocre. Dulce autem est magis sapidum. nutrit sanguinem et amicum. et temperatum de facili [illegible]. Et ideo laudabile est [illegible] nutrimenti. Est autem compositum ex tribus substantiis. in aquositate et acetositate [illegible] et dulcis. Una subtiliativa et mundificativa.

tiva. Alia vero grossa et opilativa. Tertia est mollificativa et extenuativa. Prima substantia aquosa et serosa. acuta est et subtiliativa. Grossa et caseosa frigida est et grossa. et ideo opilativa. Butyrosa vero est unctuosa et mollificativa. Unde lac cum sua substantia aquosa et acuta est grossorum humorum incisivum et subtiliativum. [illegible] et lavativum intestinorum mordificativum. ventris solutivum. et fecum de facili expulsivum. corruptorum humorum intus in corpore abstersivum. venarum penetrativum. Opilationum splenis et epatis apertivum. et maxime si fuerit ex animalibus calide complexionis. ut ex camelis. Et tale lac est ydropicorum curativum. ut dicit idem. Et secundum. Lac itaque laudabile et insuper est tribus substantiis temperativum. Sua aquositate est membrorum mundificativum. Sua butyrositate est in venis [illegible] repugnativum. et membrorum humectativum. Sua caseitate alimentorum ab orificio stomachi ad fundum depressivum. Est et alia laus lactis. Quia si temperate et optimo tempore mundificato corpore accipiatur. tunc est laudabile nutrimentum. et sic substantie sanguinis assimilativum. Si autem accidit non mundato vel tempore non congruo accipiatur. in malos humores quos invenerit est conversivum. et ipsorum augmentativum. in stomacho calidos resolvitur. Et sic erit doloris capitis causativum. Et si febris materiam invenerit. erit caloris febrilis inflammativum. Vel si calorem naturalem invenerit debilem. de facili acetosat. et fiet in stomacho acetosum. Propter quam multo est humoris et pravus calor. acetositatis putredo [illegible] generatur. Et ideo lac non est frequenter sumendum. nisi corpore existente tempera[to]. et stomacho sanato. Propter si corpus aptum [illegible] humoribus et colericis fuerit vacuum et depuratum. Si lac bene digestum fuerit. multum et bonum prebebit corpori nutrimentum. Laudabilem generabit sanguinem. Carnem augmentabit. Humectabit corpus. et exterius superficiem faciet teneram atque pulchram. ut dicit idem. Idem dicit [illegible]. Lac igitur bibentes ieiunos esse convenit. et calidum esse quando [illegible] est. non est aliquid comedendum. quousque lactis substantia digeratur. Oportet quod vel labor et motus nimius caveatur. quousque descendat ad decoctionis locum digeritur. quod ex inordinato motu et calore nimio subito generato ei

uentositas in fumum nocivum resoluitur. et eius residui parte remanente indigesta, maior corruptio generatur, ut dicit idem. Item lac ut dicit idem. debet habere .iiii. conditiones s. colorem, odorem, liquorem, et saporem. Colorem albissimum a certinitate et rubore et liuiditate maxime alienum. Odorem gratum ab horrore et grauitate remotum. Liquorem inter subtile et grossum medium. Cuius mediocritatis signum est si gutta super unguem posita remanet continua et non liquescat. Cuius guttule forma rotunda est lata et superius est acuta. Saporem habet acceptabilem qui nec amaritudinem nec salsedinem, nec acredinem et aliquam aliam. Inter que autem diffusius lac est femineum magis creditur esse temperatum. Quoniam lac naturam et complexionem alicuius est natalis sumit. Et ideo quia humana complexio maxime est temperata, ideo muliebre lac est maxime temperatum. propter quod maxime est nutritiuum. humectatiuum. et aspiratiuum angelorum cum potissime mitigatiuum. et quicquid de bonitate lactis supra dictum est. totum conuenit in hoc lacte.

64 Lac camelinum ex aliis cunctis complexionibus certe lactis est magis calidum et plus subtile et minime uentosum. et minime nutritiuum. diureticum et complexionum apertiuum. et ideo ydropicorum ex opilatione est potissime iuuatiuum. sicut camelinum est calidissime. propter quod calor domans sanguis attrahit uentositatem. Et ideo sanguis remanet sine uentositate. Cum igitur lac nichil aliud sit quam sanguis secundo decoctus. sapor sanguis cameli salsus est et acutus. et ideo humorum incisiuus. subtiliatis. et grossitiem attenuatis. Quere supra de camelo. et exterius de aliis.

66 Lac uaccinum lacti camelino est oppositum. sicut uacca non habet tantum caloris ut sanguis attrahat uentositatem. et ideo eius lac fit magis uentosum et magis est nutritiuum. plus enim nutrit lac uaccinum quam pecorinum. quamuis pecorinum sit magis calidum quam uaccinum. Cuius ratio est ut dicit idem quia cum uaccinum lac non tantum habet caloris quantum pecorinum. parua uentositatis ibi sufficit. et illa tota remanet in lacte. et ex alia parte caseatur. et ideo magis nutrit. quia substantia uentositatis nutribilior est quam caseata. et calorem sanguis uaccinus. et fortius in sanguis mutatur. Et illa ut dicunt antiqui melius et citius nutriunt. quam acris et subtilis in sanguine subito conuertatur. ut dicit idem. Lac tamen pingue melius nutrit. quam ipsum pinguedo quam calidior est. quia substantia lactis habet aquositatem liquidam subtiliantem in interiora corporis penetrantem. Sed sola pinguedo densitate sua superatur. et propter humiditatis sue subtilis grossitiem cito coagulatur et induratur. Et ideo lac uaccinum sua aquositate ad interiora penetrat. Sua uentositate calorem naturalem roborat. Sue caseitatis pinguedine naturam membris non aggrauat. sed potius adiuuat et sustentat. ut dicit idem. Quo igitur modo est lacte utendum ad nutriendum. quia tunc totius eius substantie parte est utendum. Alio modo ad mundificandum et calorem mitigandum. quia tunc serositas eius liquida est a butyrositate sequestranda. Alio modo calefaciendo et humectando. et tunc butyri uentositate est utendum. Lactis enim usus conuertitur quandoque ad subtilitatem. grossitiem et medicinam. Subtiliatur autem aliquando in substantia et in actione. In substantia ut illud melius quod complexioni humane uicinius ut lac femininum quod tanto est melius quanto mamille et uicinius. Efficacius est enim contra uenena. contra renum quoque et uesice mala. Contra etiam pulmonis uulnera si multum acre non fuerit. et eius uirtutem acris qualitas non immutat. Subtiliatur uero in actione. quando eius butyrositas et eius caseitas per sequestrationem. et aquositas eius acumine tunc augmentatur. ut patet in camelino quod minime nutrit. calore tamen suo et subtili liquore ydropicis subuenit et succurrit. Lac uero grossissimum est uaccinum et minus acutus liquore et aquosum. minus acutum et magis butyrosum. Unde bene nutrit. sanguine conuertitur. membra confortat. calorem epatis et stomachi refrigerat. corpus impinguat et augmentat. Vulnera intestinorum et matricum sanat. Est autem tanto melius et salubrius. si lapidibus fluuialibus accensis et in eo extinctis. tota aquositas per partem maxima consumatur.

Lac caprinum medium inter cetera differt tenet medium. quia in suis effectibus sublimatis post femininum ut dicit, potissime temperatum. et ideo contra plurimos uulnera et uesicas ac uesice unita cum euchimi mulsa conficitur. eius serum a caseo et butyro seperatum. maxime est collaticum. mundificatiuum. et colere depressiuum. Lac autem caprinum per se multum bibitum in stomacho de facili coagulatur. Et ideo ne nocet. cum modico melle et salis gemme te- 66

pet. et nunquam coagulabitur. Et si incepit coagulari in illo dissolvetur. Et quia caprae pascuntur siccis et tamen extremitatibus, earum lac minus est aquosum. et magis stipticum et stomacho congruum. Illa lac ex pascuis dissiccatur. Illa que pascuntur teneris et madidis herbis lac habent aquosum. et ideo est nocivum. Que vero sub laxativis lac habent est mordicativum et humorum purgativum. et est nocivum et laxativum.

7 Lac pecorinum magis est calidum et siccum quam vaccinum. minus habens butyrositatis et plus caseitatis. et ideo minus nutrit. nec corpori ita convenit ut vaccinum. eo quod lenit ad hoc ex gravitate sui oritur. Illa ut dicit Galienus lac pecorinum in eodem est genus quam vaccinum. et ideo est magis flegmaticum. magis enim nutrit quam caprinum. sed minus quam vaccinum. Unde minus est temperatum quam caprinum.

8 Lac asininum est temperatum et nutritivum. tussis restrictivum. ulcerum enim resolutivum. et tumorum remollitivum. et membrorum siccitate et calore in duritiem humectativum. pectoris mundificativum et tussis hinc licet difficilis mitigativum. vulnerum renum et vesice curativum.

9 Lac camelinum memorandum hoc est camelinum in subtilitate et acumine et calore. Iuxta posterius autem materiarum est mutativum et aperitivum. et menstrualis fluxus provocativum si cum nigrum calidum sit. et siccum. Quam proprietatem habet illud lac ab omni lacte alio separatum. ut dicit ysaach.

10 Lac porcinum secundum ysaach est subtile et aquosum. quia sua frigiditate in ventre remanet et indigestum. Et ideo si sine medicina accipiatur parum aut nullum confert iuvamentum. sed si post alvum cum succo ortum sit acceptum bonum generat ac humidum nutrimentum ut dicit idem.

11 Lac aliud porcum vaccinum minorum est subtile et aquosum. quia aqua adunat humores in aliis corporis. quia omnes materias claudit. et lac aquosum humores commiscet. Et ideo eo tempore est nocivum. vomitus et fastidii provocativum. asperitatis remollitivum. et villorum stomachi lubricativum. item lapidem durum ad digestum et stipticum et illud coagulatum. et pessimarum infirmitatum generativum. et ex fumo ad cerebrum ascendens pessimum. et doloris capitis causativum. febrium acutarum et hinc inde inductivum. Unde si lac fuerit corruptum. vel plus debito assumptum. vel alio modo vel tempore quam expedit sit acceptum. multarum infirmitatum est generativum. malorum humorum et lividorum est nutritivum. Bonorum humorum est corruptivum. Harenarum in vesica et renibus adunativum. et putrefactivum caloris naturalis debilitativum. et innaturalis caloris ac febris inflammativum. Gingivarum et dentium infectivum. pustularum pessimarum et scabiei in pueris causativum. Rugitus et ventositatis excitativum. Opilationum renum splenis et epatis effectivum. Stomachi gravativum. Et lubricitate sua aliorum ante digestionem expulsivum. Et sic lienterie inductivum. Hec et multas alias inducit lactis corruptio producit. Sed hec de lacte bono et malo nunc tamen sufficiant.

Serum est pars lactis aquosa. ab lacte alia parte per coagulum partes butyrosas et caseosas simul iungentes. et ab eis quod liquidum est et aquosum dividit et discernit. Cuius effectus super dictis est. Potest autem innate putredinis lavativum. Illa intestina lavat. et vulnera intestinorum et sanie mundificat penitus. Sitim sedat. Et cum calore vult mingit. Scabiem et impetiginem mundat. Splenem et epar deopilat. Que te supra in sermone secundum ysaach. 12

13 Butyrum ab unendo .i. perfundendo est dictum ut dicit h. Sua enim unctuositate et humiditate hoc imbuit et perfundit corpus quam commungitur. Illa butyrum est flos lactis. multum habens caliditatis et humiditatis cum aliquo aereitatis. et cum hoc multum unctuositatis. Est enim butyrosa substantia naturaliter calida et humida. viscosa et unctuosa. huic complexioni vicina. ut dicit ysaac. Unde sepe comestum stomachi est humectativum. ventris solutivum. maxime si sanguis fuit. Et ideo antiqui ut dicit assimilant butyrum oleo mixto pinguedini. Dicunt quod si quis acceperit valet ferventer de pectore et de pulmone maxime si in fuerit apostema. quia per se est maturativum et humorum dissolutivum et superfluorum pectoris mundificativum. maxime sicut melle vel zucharo comeditur. sed cum mel est mundificativum. et tractativum. amplius iuvativum. ut dicit idem. sub aere idem. Butyrum repugnat venenis. cum bibitur humectando. Asperitatem oculorum cum lotum mollificat. et emundat. Apostema dissolvit et maturat. vulnera pulmonis curat et

pectoris mire sanat. Renum et intestinorum mordicatas mitigat. Nervos et ligamenta contracta et spasmatos emollificat ac lenit, ut dicit idem. Dicit autem quod contra venena metallica, scilicet plumbi, singulare presidium est si intoxicatus butyrum in lacte calido resolutum bibat in magna quantitate. Nam sua unctuositate opilat meatus ne ad cor ascendat subito vis veneni. Preterea venenositatem totam ad se attrahit et ipsam inviscat et per vomitum evacuat de corpore et educit, ut dicit idem. Fit autem sic. Flos lactis sive supernatans pinguedo recolligitur in vase mundo et cum quodam ligno rotundo et perforato diutissime percutitur per violentiam et movetur. Ex quo motu calor naturalis in substantia lactis excitatus et confortatus totam unctuositatem simul recolligit, que sua levitate superficiem petit. Serosa vero aquositas cum partibus caseatis inferius descendendo butyro se subtrahit et tanquam nobiliori cedens fundum petit. Et illa sibi que enatat in superficie recolligitur et ad usus varios necessarios in vase mundissimo reservatur. Quod quanto recentius, tanto est saporosius et gustui delectabilius invenitur. Est autem in principio molle et liquidum, sed paulatim calore naturali consumpta humiditate preter indulescentie et eius consumitur, mediocriter indurescit. Unde butyrum inde recenter et nutritivum et pulmonalia loco saginiminis et olei bene creditur. Salitur autem aliquantulum ut melius conservetur et ut eius potentialis humiditas siccitate salis temperetur. Insuper ut eius saporositas augmentetur. Nam gustui in sapore est magis gratum quando mediocriter est salitum. Sed quando nimis antiquatur eius sapor cum odore diminuitur, et in gravem odorem et in saporem gustui horribilem transmutatur, et tunc non valet ad cibaria, medicamina et unguenta, quia sepe accidit id quod non convenit gule, convenit tamen medicine alicui.

Caseus, ut dicit Ysidorus libro xx, a carendo est dictus, eo quod tandem in vase premitur quousque sero careat et a lactis aquosa substantia separetur. Unde dicitur caseus quasi carens, eo quod quando est siccus humore caret seu liquore, ut dicit idem. Secundum m. h. autem caseus accidendo est dictus eo quod de facili cadit et recedit, cadit et labitur inter digitos facientis. Est enim caseus fex lactis. Nam ut dicit Ysaac, caseata substantia lactis frigida est et grossa et ad digerendum dura, tarde enim descendit de stomacho, et magis tenet superficiem quam solum, et est generativus stomacho et epati, renibus et spleni, maxime si illa loca fuerint opilationibus preparata. Et calculos in renibus generat. Et ideo propter ista mala accidentia dicit Constantinus quod omnis caseus ut plurimum est malus, tamen caseus qui lacti est vicinus minus est nocivus. Unde distinguit Ysaac inter recentem, veterem et mediocrem. Recens caseus est quia adhuc recens non malos generat humores, quia adhuc retinet partem dulcedinis et aquositatis ipsius lactis, et ideo ad digerendum est facilior, ad nutriendum laudabilior, et ventris solubilior, et maxime si non fuerit salitus, quia salsedo sibi saporem aufert et dulcedinem. Nam nimis salitus nimis est desiccativus et stomacho est nocivus. Recens omni sale magis est nutritivus et corporis humectativus et magis augmentativus, et stomacho tamen est nocivus, et de facili in fumositates resolvitur si stomachus fuerit calidus. Si vero fuerit frigidus, in acetositatem est de facili conversivus. Mediocriter enim salsus melius digeritur et minus stomacho est nocivus. Si vero in sale est multum, de facili fit acetosus. Nimis vero salsus stomachi fit morsivus et sanguinis incensivus.

Vetus autem caseus est lactis et valde siccus, ad nutriendum grossus et ad exeundum de stomacho nimis durus, quia si lactis aquositas est ablata, acumen autem et siccitas coaguli ei donatur. Unde et subtilitatem exigit et ideo superfluitates corporis non ita subtiliat sicut alius subtilians. Unde duobus modis nocet corpori, quia eius corruptio et superflua grossities nutrimenta superfluitates in grossitie et corrumpit. Secundo nocet quia per acumen coaguli repugnat omnibus aliunde nutrientibus, et in nutrimentum post ipsa nutrimenta transit donante. Unde si in corpore invenit grossos humores, in renibus et vesica lapides parit. Grossos enim humores callidos et tenaces coadunat et constringit. Est enim vincendo ita vetus, nullum ei affert iuvamen, nec nutrimentum, nec obedit digestioni, nec bonum generat sanguinem, nec ventrem humectat, nec urinam provocat, sed inventam humiditatem constringit et desiccat. Omnis itaque caseus vetus durus, siccus et spongiosus propter siccitatem et poros ad nutrimentum de facili vel hunc unctuositatis et humiditatis corpori est nocivus. Omnis autem est malus vetus caseus.

uel assus quam coctus et porosus. propter confertam substan-
tie signum est butirositatis et unctuositatis. Caseus autem po-
rosus est minus malus quando est recens quam nimis vetus.
quia ut dicit dyas. caseus recens humectat ventrem.
vetus autem stringit. maxime elixus. vel si ab aqua ablue-
tur et assetur. et maxime si ante prandium assumatur.
meatum enim stomachi grossitie sua obturat. et ci-
bum descendere ad intestina non permittit. Post
prandium autem sumptus clausura comprimit ut coreu-
lar exitus descendere compellit. Caseus autem me-
diocris et novus mediocriter multum est nutritivus.
propter eius saporositatem et grossitiem. et quia calore natura-
li velociter induratur. Quanto autem calor naturalis
ei dominatur magis tanto plus et fortius indure-
scit. et magis in visceribus indurescit. Unde ysaac
in dietis. Secundum autem dyas. et aug. li. iiij. c. quando est
recens in lacte mulsus caseus plus est ei albus. Est autem caseus
secundum dyas. veneno contrarius. propter grossitiem suam et buty-
rositatem suam opilat meatus venarum. et non permit-
tit ad cor ascendere vim veneni. Caseus est
recens appositus calidus ex hoc venenum a morsibus
venenatis. Et hic signum est quia appositus sic mor-
sus [illegible] aut serpentis tote eundem ca-
seum quantitate et livore. Valet et contra antracem et alia
apostemata venenosa vel extra suppositus vel
comestus. Et similis quam alius caseus.

Coagulum est lac in quo est ca-
lidus stomachus inspissatum. cuius virtute
lac aliorum alium coagulatur. in qua parte butyro-
sa cum caseata aggregata partes serosa et aquea
a partibus aliis sequestratur. ut dicit Aug. li. iiij. c. Quanto
igitur lac est spissius. tanto caseatur et coagulatur.
Sed lac aliis carentis dentibus in superiori mandibu-
la coagulatur. lac vero habens in utraque non sic. nisi ei
sepius. Item ibidem dicit. Lac coagulatur ex coagulo et lac-
te ficuum. quando lac ficuum aggregatur. deinde
abluitur illa lana cum modico lacte. et cum illud
lac in residuo. et sic totum coagulatur. Item ibidem. Co-
agulum non invenitur in ventre sugentium adhuc
ruminantium. talia que non habent dentes in utraque man-
dibula non inveniuntur nisi in lepore. Quanto autem
plus vetustatis coagulum. tanto melius. et valet contra
fluxum ventris maxime leporis pulli et cervi. ut dicit
ibidem Aug. Item li. xvi. d. Acetum lactis quod coagu-
latur per coagulum. quando coagulum est in lacte in quo est
calor naturalis. et ideo adiuvat et sustentat lac.

sicut mares sperma sustentat in fetu. Sanguinem
fetus in matrice. quando natura lactis et sanguinis in stoma-
chi [illegible]. ut dicit ibidem. De coagulo dicit ysaach
capitulo de caseo. Coagulum igitur coagulatur virtute
sua acuta et caloris et siccitatis sibi dominantis quibus
sua humiditas finitur. Et quamvis coagulum sit in omni ca-
seo. nisi cum sentit in recente propter multitudinem
sue humiditatis. Coagulum itaque inter lacticinia
alia invenitur. cum quo caseus conficitur. et sic super ignem
in fumo desiccatur et redintegratur. cum modica portiun-
cula. cum modico lacte tepido resoluta. et cum re-
siduo lacte admixta totum coagulabit quod est coagu-
labile et congelabit. Unde patet quod continue nature lactis in
stomacho coagulum. quale in se habet substantia feminis masculi.
ut dicit Aug. Avic. ysaach. et alii. Et hec tantum de li-
quoribus nunc sufficiant.

Sunt autem quedam que insunt communia humoribus que
liquoribus et rebus aliis inherentes. de quibus
hic breviter aliqua inseremus. Propter diversas complexiones
et virtutes diversis rebus dominantes diversimode
operationes compatiuntur. ut est virtus aperitiva. maturativa.
mundificativa. et cetera. Aperitiva itaque virtus operatur per ca-
lidum et siccum cum subtili substantia. ut patet in ceperis. vel
succo porri. et in alumine. et huiusmodi. ex quorum confectione
aperiuntur ora venarum et emorroidas purgantur.
ut dicit Constant. Rarefactiva virtus operatur per cali-
dum et humidum. propter calorem rei sue penetrat. et
dissolvendo humiditatem sibi obedientem aperit
et dilatat. ut patet in malva et sabuca in canto co-
ctis. et huiusmodi. quando bullita in oleo cutem rarefaciunt
et extendunt. ut dicit ibidem. Opilativa virtus operatur
per frigidum et humidum cum obtusa substantia. ut patet in dra-
ganto. albumine ovi. et psillio. Propter hec vi-
scositate et obtusitate substantie poros replent.
et frigiditate constringunt. Impassativa virtus operatur
per frigidum et humidum. ut patet in mandragora quando pol-
ta super cutem ipsum inspissat. ut dicit ibidem. Propter fri-
giditatem constringit partes humiditatis liquido-
res. Unde humiditas partes centrum reddit sibi
compactiorem. et per consequens spissiorem. Alia autem operatur per
calidum et humidum. propter calor consumit partes liquidio-
res. Quamvis consumptis partibus subtilibus reddunt
spissiorem. Indurativa virtus operatur per siccum
et siccitatem. quia utique qualitas movendo ad centrum
totam substantiam reddit duriorem. Quandoque autem operatur per
frigidum et humidum frigiditate partes liquidas

constringere: ut patet in gelu et glacie. Quedam est per calidum et siccum partes dissolutas congregando: et per consequens induratio: ut patet in latere et luto. Exspissativa vero operatur per calidum et siccum cum grossa substantia. calor quod est subtilius elevat et movet ad circumferentiam: et id quod acrius in communi. Quod vero grossius et spissius tendit ad centrum. Et sic fit totum solidum et equatur. Quedam est exasperativa. Propter hoc operatur asperitatem cum humido frigiditas coartando et constringendo partes in circumferentiale ad medium non permittendo partes liquido vel se diffundere ad extremum. Propter quod partes superficiei in quibus dominatur frigiditas acute et aspere extra sensum ostenduntur. Et secundum diversitatem materie impressionem a frigido et calido recipientis variantur et diverse rerum complexiones et proprietates que sunt complexiones naturales vel accidentales derelicte: ut patet et in auctore et commento. Et est expositum super tractatu de qualitatibus elementorum productiva. Est vero et mollificativa que operatur per calidum et humidum. Et hoc vel per calorem humidantem partes dilatantem et incinerantem. et partes aptas disgregantem: ut sicut dialtea que humida est. Et per calidum mediocriter calorem suum agit. Et ex superhumiditate humiditatis sue humores fluxibiles reddit. Et sic per consequens mollificat et remollit. Vel hec sicco calore dominante sed partes aqueas et terreas et eas resolvente in partes aereas et celestes. ut patet in vaporibus exaltatis et aqueis attenuatis: et ad naturam aeris resolvuntur in mollissimas pluvias et guttulas: nec roris nec grandinis. sicut vitris: ut dicit commentator libro quarto methororum. Sed sicut patet et est manifestum in calore dura remollescere. et sic dissolvere actu calidi partes partibus dure invicem herere: ut patet in cera et in aliis liquefactibilibus. Sed quod partes aqueas in aereas vertit ignea dominatur: ut dicit commentator. Virtus et maturativa sicut et digestiva per calidam virtutem et humidam operatur. Sed retentiva per frigidam et siccam. Et expulsiva per siccum et humidam. Et appetitiva per calidum et siccum principaliter operatur. Attractiva virtus per calidum et siccum operatur ut patet in diptamno serapino et ferro et aliis herbis et similibus. Laxativa hoc operatur per actionem virtutis sed vehementis. Unde que vehementer laxantur laxativa sunt: ut scamonea et cetera.

Operatur et per frigidam comprimendo. et per humidam leniendo et lubricando: ut patet in prunellis et tamarindis et cetera. Purgativa quidem per calidam et humidam operatur: quoniam non purgat hoc et maturativa per calidam et siccam. sicut et attractiva: ut patet in cantharidibus et flammula et hiis vehementer caloris que pustulas generant. et etiam ulcera et vulnera et cetera. De aliis autem virtutibus et consimilibus dictum est supra libro tertio de proprietatibus elementorum qualitatum in libro septimo de remediis morborum.

Putredo est substantialis humiditatis corruptio proveniens ex indigentia caloris vel debilitate caloris alieno. Calor enim naturalis agens in humidum quod non regitur cum in eo est inductivum putrefactionis: ut dicit in quarto libro methororum. Quod est autem frigidum difficilius putrescat quam calidum: ut dicit Aristoteles. Similiter congelatum frigido tardius putrescat: ut est videre in glacie et in cristallo. Quod est fervidum per calido tardius putrescit: ut dicit Aristoteles. Propter superexcessum caloris inducentis fervorem. et fortior est caloris acris sive aliunde venientis. Et ideo non permittit se vinci neque aliquid quod est ferventem permittere sui immutationem. Quod est motum tardius putrescit quam non motum: ut dicit Aristoteles. Propter quod motus inducit calorem consumentem. et calorem excitat naturalem. Insuper quod est fluens tardius putrescit quam non fluens: ut dicit idem. Propter calor accidentalis ex aere contingens infirmior est et debilior quam calor naturalis generatus motu suo et fluxu. Et ideo se frigidi seminum non permittit. Omne quod corpus multum id est multe magnitudinis tardius et minus putrescit quam corpus parvum: ut dicit idem. Propter quod corpus est calidius. plus habet caloris naturalis resistentis causis putrefactionis. Similiter si est frigidum sua naturalis frigiditas melius resistit calori accidentali inducenti putrefactionem in magno corpore quam in parvo corpore. Et hoc patet in mari: ut dicit Aristoteles. Propter quod mare divisum cito putrescit. universum autem nunquam. Similiter est videre in aliquibus aliis magis quam partes diversis accidentaliter fluentes cito putrescunt. Et ideo in quibusdam sic dividis invenies generationem per putrefactionem. Cuius ratio est quia calor naturalis disgregatus in eis fuit substantiale dicitur agendo. et terreum ab aqueo et aereo. Ex substantia autem subtili aquea et aerea aggregatae propter calorem constitutam inde

calor disgregans sing[ula] gn̄at iuncte et alia alia.
Et hoc est quod dicit Aristoteles. Quia calor naturalis disgregans
et stare facit. disgregat. continet in natura alia. et hoc per
putrefactionem in calore extrinseco introducta. ut
dicit com[mentator]. ¶ Putrida quoque sunt gustu horribilia et
abhominabilia ita. et nauseam provocantia. et gra
uis odoris. et mali saporis. et deformis coloris.
maxime inficientia contingentes. Contraria sunt huic com
plexioni. et subitam inducentia saniem corruptionem.
Appetentibus tamen quibusdam. et provocantia cibum et refec
tionem. Que autem sunt disposita ad putrefactionem per
alterationem ad putridum eciam corruptionem in
bona putrida corrumpunt sana. Et cum non sit spiritus
pura putat spiritum iubar quod sunt magis uicina.
non potest sanari nisi quod incipit esse putridum. non apu
tredine potest excipere. Unde que putrida sunt non aliqua
lia non solum ad hoc ut purificant. eiciant autem
corrumpuntur. et consumunt. Ideo et alie iuuantur quibus
mediantibus operantur. ut in nutrimenta. Cum putre
facta in uegetabilibus et talibus est ut generatio ut in
bipedibus quam in quadrupedibus. id est sicut ouatiua.
et in reptabilibus quam ouat. que in uolatilibus. Sed de
generatione et nutrimenta et alius sibi submittentibus
sufficiat supra dictum est. li. iiij. de generatione. et li.
xviij. de generatione aliis generalis. Et id dicit est
superfluum. Uirtus autem generandi oua est in aliis
anulosi corporis. ut in serpentibus. araneis. scor
pionibus et aliis. et in natantibus. ut piscibus et cancris et
aliis infinitis. et in uolatilibus. et in omnibus bi
pedibus. Quod ut dicit Aristoteles li. v. a. Bipedia ingre
dientia generant alia preter homines.

Primo ergo in predictis animalibus fiunt quedam
parua quasi corpuscula pura mollia. humida.
et subalbida. coagulantur et transformantur. ex
quibus postea diuisa animalia generantur. Et talia
corpuscula oua sunt dicta. eo quod sunt munda.
id est eo quod interius humore sunt plena. ut dicit ysi. li.
xii. c. ¶ Ita est humidum quod extrinsecus humorem habet. Hu
midum quod intus. Quidam tamen ut dicit idem putant
ouum grecam habere originem. Illi enim dicunt ouay.
littera ablata. Oua autem quedam in omni uento concipi
untur. Sed non sunt genitalia nisi que fuerint masculino
coitu concepta et seminali spiritu penetrata. ut
dicit idem. Quorum autem tanta uis dicitur esse. ut lig
nis perfusum non ardeat. ne uestis quidem aduratur.
ut dicit idem. Admixta quoque calce glutinare

feruntur. inter fragmenta. ut dicit idem. Oua ergo pro
generantur. Deinde ex calore matrix corpus forma
tur et alimentum. ut dicit ysi. Secundum Aristotelem autem li. iij.
et v. ouant uolucres et pisces et serpentes.
Sed multum differunt in bonitate et malitia et quan
titate. situ. qualitate et in forma. Oua enim
uolucrum quam piscium et serpentium. Ouant autem gene
raliter aues in fine ueris et in principio estatis.
ut dicit Aristoteles li. v. preter quam auis marina que dicitur altio.
quoniam illa auis ponit oua in principio hyemis.
et cubat. xiiij. diebus antequam pulli compleantur.
vii. diebus ante principium hyemis. et vii. post.
sicut dicit symonides in libro suo. Et dicit ysi. de hac
aue li. xii. Insignis autem alcion in hye
me nidum facit. vii. diebus. et ouat et excubat
sua oua. Que excubante. vii. diebus quiescat
mare silentibus uentis. quia continua. vii. dierum
tranquillitate mitescat pelagus non ut eius fetu
bus educandis exhibeant obsequium. Idem dicunt
plinius et basilius in exameron. et ambrosius. Alie tamen aues
ouant bis in anno. ut plures ut perdices.
Sed prima oua corrumpuntur propter hyemem. Oua non
possunt compleri. Aues uero domestice ut idem
dicit Aristoteles ouant tota estate. sicut columbe et gal
line. et precipue que bene pascuntur. et locus eorum est ca
lidus. Item Aristoteles li. vi. Quedam aues ouant toto
anno preter quam duobus mensibus tropicorum. scilicet in iu
lio et in decembri. ut galline. Quarum quedam
ouant bis quolibet die. Et que multum ouant.
cito moriuntur. Columba autem quinquies decies ouat
in anno. Et que multum ouant multotiens ut co
lumbe. autem minus. ut gallina. et aues rapaci
um ignium sunt paucorum ouorum. ¶ Et quedam
ouant in nidis. ¶ Quedam in arboribus excauatis.
¶ Quedam in foraminibus terre et cauernis. ¶ Quedam
in arenis et in rupibus. ¶ Quedam in harenis. ut
struthio. qui non fouet oua sua. sed cubat
super ea. sed calor solis complentur et animantur. in hu
meris. ¶ Quedam oua fouentur in nidis factis
in arborum ramis. ¶ Quedam in partibus altissimis.
¶ Quedam in harundinetis sicut oua auium
aquatilium. Dicit et Aristoteles li. vi. Oua auium
sunt dura exterius. Et quedam sunt duorum colorum.
quia citrina interius. et albida exterius. Oua autem
omnium animalium diuersificantur ab ouis a
uium auium quod in sicco nutriuntur. quia citrinum est

[illegible]

in illis magis quam duplum ad citrinum avium que isto
modo nutriuntur prope ripas. Quidam etiam in colore
sunt columbarum sunt alba sicut gallinarum et avi
um palustrium sunt glauca et quedam sunt sicut
picta ut ova milvi. Diversificantur ova in figura
quoniam quedam sunt acuta. quedam sunt lata. post extre
latum postea acutum. Ova vero longa capitis
acuti producunt mares. In alia vero loco acumi
nis rotundum producunt feminas. In calidis
autem regionibus ponuntur in fimo ad solem et com
plentur ut in egypto. Et in quibusdam locis in
pluribus calefiunt. Sed in quadam civitate quidam
vir potator composuit ova sub pluma et di
xit quod continuavit potum quousque ex illis o
vis pulli extrahebantur. Aliqui etiam ponunt
ova in vasis calidis et extrahunt ab illis
pullos ut dicit idem. recepto tamen semine
maris in matrice simul cum semine femine commisce
tur. In principio apparet album. deinde fit rube
um in medio sanguis. et post totaliter fit citrinum.
deinde paulatim compacte natura fit remanet ci
trinum in medio et album in extremo. Et cum comple
bitur exterius et tunc mutatur a mollitie in duritiem.
quia in exitu congelatur et perfectissime induratum.
Unde ova quedam sunt in ventre sunt circina
quedam pellicula albida involuta. Sed quando cum sunt
formata et completa. induruntur et illa durita
est testa nuncupatur. Et est ideo testa in congelo
ovi. quod est embrio vel folliculus in corpore pulli
iam accepta. sed propter fortitudinem vel intensionem
caloris in corpore avis dominantis plus induratur.
Et hoc sive necesse propter maioris liquiditatis con
servationem. Ovant autem multe aves ova venti.
sicut faciunt galline et anseres. ut dicit Aristoteles
ibidem libro ii. Et hoc accidit ex superfluitate humo
ris dominantis seminalis in corpore femine superhun
dantis. Et sunt ova venti parva et insipida.
et humidiora aliis et sine dura testa. et po
sita sub gallina non alterantur sed remanet
album et citrinum. Talia ova inveniuntur in gal
linis. anseribus. pavonibus. et columbis. Forma
tur pullus in ovo et completur citius in estate quam in hye
me. quia ova galline findunturin .xviii.
diebus in estate et in hyeme in .xxv. Et quando to
nitrua veniunt in hora incubationis ova corrum
puntur. Similiter quando frequenter nimia mala tem

10
pestas. Galline etiam veteres ovant in principio veris et ova
galline iuvenis sunt minoris corporis. Et similiter si gal
line non albuminent sed ova informabuntur et corrum
puntur. Et ovum galline completur post coitum in .vi. die.
Et quedam aves in coitu non ovant semper. sed calcat fe
mina super feminam et masculus super marem ut perdices
et columbe et talis coitus facit ovum sterile et ova non
pullificantia. sed sunt sterilia quemadmodum ova venti.
ut dicit Aristoteles. In ovis autem galline post tres dies albu
minis ascendit citrinum versus acutum ad illum locum aquo
incipit scissura. et apparet quasi gutta sanguinis in albumi
ne ovi. et est principium seu materia ipsius cordis. ut dictum est
supra in tractatu de avibus de generatione pulli quere ibi.
Sunt ova in quibus sunt duo vitella faciunt gemellos
pullos. et pia quedam subtili tela dividuntur ab invicem
Hoc ex vitella ut dicit idem Aristoteles. Et aves que comedunt
carnes non ovant nisi semel in anno preter hyrundines
que bis ovant. Aquila etiam ovat tria ova. et eicit unum
nidum. et calefacit sua ova .xxx. dies. In veneris dicit Aristoteles
li. vi. Hec ex li. xvii. Avium genera ovant comple
ta dura teste. nisi accidat occasio per infirmitatem.
Sunt aves multe generationis faciunt sepe ova venta.
quod non contingit avibus bene volantibus ut avium unguium.
Omnes aves multorum ovorum sunt multe generationis super
fluitatis. Superfluitas autem avium uncorum unguium
transit in plumas et ungues et in alas. Et ideo earum corpus
est parvum durum et acutum et macilentum. Et propter hoc
non sunt tales aves multorum ovorum. nec multa coitus.
Aves etiam corpulente propter corpulentiam et calorem
veneris ovant multotiens. Similiter aves parvi corporis
sunt multi coitus et multorum ovorum. sicut patet in quibus
dam gallinis quia quanto sunt magis parve. tanto est
plurium ovorum. Ova autem talium transit in citrinum
ovorum. Sunt ova venta non eveniunt in avibus bene vo
lantibus. quia superfluitas earum est pauca. quod ideo ovant
pauca ova venta sunt plura ovis convenientibus
generandi pullorum. et sunt minoris quantitatis quando
non sunt completa. vel propter multitudinem suam mi
noris delectationis quando comeduntur. quando in ideo re
delectabilis est quod est digestum et dulce. quia quod est
indigestum. Et quedam aves quando olefaciunt ma
rem et audiunt vocem suam implentur ovis. quia
sunt multe cibi et multe superfluitatis et caloris.
et ideo non sunt fortioris appetitus. et cito formati
sunt. et cito ovant. quia superfluitas illa cito
transit in ovorum naturam in calore. Item

gñatō auiū ex ouis eīt qñ ſeia ſederit
ſr̄ oua ⁊ calefeceīt ea. Et qꝛ pull⁹ ī ouo nō
pᵗ ꝯpleri ſiñ nutrimto. iō nā poſuit cibū
ſuū int⁹ ī ouo. ⁊ indigeīt oua ꝑꝑ debilita
tē ſuā calefactoē. Et iō oua cito ꝯplent̄.
ī dieb; calidis. qm̄ tp̄s calid̄ iuuat dig̃oēȝ
cātōis. Eſt aͤ albumī mᵃ ⁊ ſuſtentatio pul
li. uitellū aͤ cib; pulli ⁊ nutrimtū eī. ⁊ ꝑꝑ h̄
albumē ⁊ citrīnū diſiūcta ſc̄ quaſi tela ꝑꝑt
nᵒ diuiſitatē. ⁊ nā albumīs ē q̄ ꝯīa natu
re uitelli. uł citrī. ⁊ ꝑꝑ hoc ꝯgelatur citri
nū tp̄e frigoris. ⁊ poſtquā ſuit caleſcēȝ ſiet
hūidū. albū aͤ ñ ꝯgelat̄ ex frigōē. ſȝ mag̃
hūidū. ⁊ qñ aſſatū ſuit. cito duꝝ. ⁊ apud
gnāoēȝ pulli inſpiſſat̄ qꝛ ſuſtētatō pulli ē
ex eo q̄ ꝑ umbilicū accip̄ pull⁹ albū ex citrīo.
⁊ citrīnū ī tp̄e illo ē cibꝰ. qm̄ eē hūid̄ ꝑꝑ ca
lorē. Et qꝛ al⁹ d; eē hūid⁹ ⁊ de facili ꝯuerti
bił ī albū. Hꝰ uouiſ ar. li. xvi. De ouis aͤ
dᵗ yſaach ī diet̄. Oua aͤ inq̄t q̄ gnānt̄ ex
aīb; ſanis ⁊ tēpatis. ſ nutrimenti laudabili
oris. Que uō ex gallis. ſuīt maioris nutrimti
⁊ ſapidioris. Silr̄ ꝯ coeūtib; cū maſculꝰ cū
calorē maiorēȝ hñt coeūta q̄ nō coeuntia.
Silr̄ gñata de iunioribꝫ. qꝛ ī eis hēt̄ plus
caloris. ſlacē aͤ ouoꝝ gñalr̄ ſuīt tēpate ⁊ me
diocres. ⁊ hñt ꝯplōi plimū uicinantes. al
bumines tñ ſ frigidiorēs ad uitelloꝝ ꝯpa
toēȝ. Q⁹ teſtat̄ eoꝝ aq̄a ſaporoſitas. ⁊ iō
ī ordīe ſuīt uitell⁹ grauiores. ⁊ q̄ ſuīt indige
ſtibiliores. maxīe de uetib; uolatilib; aūt
dū tñ maſcul⁹ ñ coeūtib; uitella ſuīt tēpata.
calōi uicina. ⁊ iō ad digend̄ ſuīt meliora.
⁊ faciliora. ꝯfortantia mbᵃ ⁊ ab eis cito diuis
diſſoluta. Variat̄ aͤ ouoꝝ nutrimtū ſ diu
ſitatē aīuȝ ex quib⁹ gnānt̄. qꝛ gñata de
ſubtili aīi ⁊ tempata. ut ex pdice ⁊ galli
na ad nutriend̄ ſunt laudabilia. ⁊ ſuīt fa
cile digeſtibilia. Sȝ ambꝯ facili diſſolui
ē. Vñ ad regim̄ ſanitatis meliōa ſuīt quā ad
mb⁹ ꝯfortanda. Oua aͤ gnānt̄ ꝯ groſſis
aīb; ad digend̄ dura ſunt nutrimta ⁊ lau
dabił. ſicē oua ſtrucōis. anſeris ⁊ pauonū.
q̄ ſc̄ mali nutrimti ⁊ dura ad digend̄ ⁊ ḡuis
odoris. maxᵉ ꝯ uetib;. uł de carentib; ma
ſcul⁹. Sȝ qñ digeruīt̄. ambꝯ tarde diſſol

uīt̄. Et iō pl⁹ ualet ad mbᵃ ꝯfortāda. q̄ ad
regim̄ ſanitatis. Gñata aͤ ꝯ aīb⁹ minori
b⁹. ſc̄ leuiā. ꝯ uetib; grauiā. ꝯ mediocrib;
tēpatiora. qꝛ caloris ſunt ꝑfcōris. ⁊ mīo
ris hūiditatis. ⁊ iō ualent ad regendū ſai
tatē. ⁊ ad mb⁹ ꝯfortāda. Oua aͤ q̄to ſc̄
recentiora. tanto ſuīt meliōa. ⁊ q̄to ſunt
mag̃ uetā. tāto ſuīt mi⁹ boā. Variant̄ aͤ
ꝑ artificiū quad⁹. Aut eī ſunt aſſata.
Aut elixa iuncte teſta. Aut ſc̄ frixa.
Aſſata ſuīt elixis groſſiora. ⁊ ad digend̄
duriā. qꝛ fos⁹ eoꝝ hūiditate ſubtilē ꝯſuīt.
⁊ deſiccat. Aſſata ſb̄ cinerib; calidis peio
ra ſuīt q̄ q̄ ſc̄ carbōes ſuīt diſcoꝑta. qꝛ cū
calor ignis ī ciīb; ea ꝯtegat. fumoſita
tē eoꝝ ſc̄lud̄. euapotare nō ꝑmittit.
Sr̄ carbōēs uō ꝑita. fumoſitatem reſiduā
ꝯ emittit ⁊ mūda ſuīt. Elixa aͤ ī aqua.
meliā ſuīt q̄ aſſata. q̄ aq̄ hūiditas calore
igīs ī reſiſtendā ſua hūiditate ſubtili re
pugnat. ⁊ iō mi⁹ ſiunt deſiccatiā. ⁊ caloīs
nāł refrigeratiā. Elixata aͤ cū corticib;
ſuīt peiora. qꝛ groſſitiei ⁊ fumoſitatā repu
gnāt cortices extius. ⁊ nō ꝑmittit ſc̄lua
exalare. Et iō gnānt uetoſitatē ī flatiaȝ.
⁊ ḡuitatē ſtōi ⁊ totī uētis. In aq̄ uō fixe
ta calorē aq̄ tēpate penetrat. ⁊ groſſitiēȝ
ſuā ſubtiliat. ⁊ auffert eis ḡuitatē ꝯtrōis.
ſȝ ñ ſola uitella pl⁹ deſiccatiſa. ⁊ mi⁹ ſolida
tiua. ī duritā uō deſiccatiā ſuīt ⁊ aſtrō du
re exeūta. uenaſq; tarde penetratiā. Vñ
tñ digeſta mlr̄ ꝯfortāt. Sȝ ſi remanēat
ī digeſta ſtōm grauāt ⁊ ī teſtiā. Mollia
tñ ⁊ paꝝ coagulata mi⁹ ſc̄ deſiccatiā ⁊
mag̃ digeſtibilia. cito uenas penetrantia.
pectus humectantia. paꝝ ſc̄ tñ mbra ꝯfortā
tia. Int̄ dura aͤ ⁊ mollia ī ſuis actōib; ⁊ paſ
ſiōib; ſc̄ mediocria. Frixa aͤ oua cetīs
ſc̄ peiora. qꝛ ī ſtō morātia ī fumoſitatē
⁊ corruptōēȝ ſc̄ mag̃ mutabilia. quidq̄d ī
cibo ī ueniūt corrūpētia. grauitatē in
ſtō gnāntia. faſtidia peiora facientia q̄
alia oua. maxīe ſi ſint frixa ī uitell⁹ aūt
mīt aſſata ⁊ ī aqua frixeta ſunt mediocria.
Hꝰ uouiſ yſaach. Oua q̄ ñ ſolū ſuīt u
tilia ad cibū. imo ſuīt neccīa ī mltiplicia

mediocria. Sunt enim humectativa. mitigativa. pe-
ctoris et gutturis lenitiva. membrorum confortativa.
resumptiva. deperditorum restaurativa. virtutis genera-
tive incitativa. combustionis et arsure sanativa.
Item ex vitellis ovorum fit unguentum optimum
combusturis. Sunt ovorum vitella attractiva et
venenosi apostematis curativa. Item vitellum
